BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 A
11

LVCÆ PÆTI IVRISCONSVLTI
DE IVDICIARIA FORMVLA CAPITOLINI FORI

Iuxta nouorum Statutorum Vrbis reformationem, ac confirmationem.

Cum Indice operis copiosissimo.

Additi quoque sunt alij tres Indices singulis tribus ipsius Voluminis Statutorum libris respondentes cum ad eorum, tum ad huius Praxis commodiorem vsum accommodati.





ROMÆ,
Ex Typographia, Io. Baptistæ Robletti. M.DC.X.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur,
Si placet Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apostol.
Cæsar Fidelis Vicesg.

Imprimatur,
Fr. Thomas Pallauicinus Bononien. Magister, &c. Reuerendiss. P. Fr. Ludouici Istella Sac. Pal. Apostolici Magistri Socius Ord. Præd.



INCLITO POPVLO ROMANO.

VCAS Patus, vir & singulari iuris intelligentia, & acerrimo iudicio praditus, & in tota iudiciorum, eorum in primis, qua in Capitolio exercentur, ratione mirifice exercitatus; cum animaduertisset necessarium esse & correctionem quandam, & dispositionem constitutionum Populi Romani, eaq; de causa sape aggressus id munus, numquam tamen plene id quod in animo ha-

bebat, perficere potuisset; interea dum id quod cupiebat absolueret, decreuit praxim quandam conscribere vtilem ijs, qui forum Capitolinum frequentarent: eamq; a se absolutam in publicum edidit, atq; Inclyto Pop. Rom. *pro sua in ciues suos perpetua obseruantia dedicauit. Neq; tamen propterea destitit ab instituta* Romani *iuris correctione, ac digestione: quæ cum ei tandem examini sententia successisset, constitutionibus ita concinnatis ac perpolitis, & diuulgatis agnouit, librum quoque illum suum de praxi necessaria mutatione aliqua indigere, ne qua in re à constitutionibus discreparet. Eum igitur ad illas paulo ante quàm e vita migraret, sedulo accommodauit, addiditque præterea indicem præcipuorum capitum, quæ ipsis constitutionibus continerentur, quo studiosorum minueretur labor. Quæ vtraque edere pa-*

ran-

rantem, mors occupauit. Quoniam autem Senatus Ampliss. in illa constitutionum emendatione multa ad vestrum decus, communemq; ciuium vtilitatem in meliorem formam redacta sunt; itemq; propter singularem cultum, & obseruantiam, quam vobis Lucas Patus iure optimo deferebat, certum, atq; exploratũ habeo, eum vobis potissimum hos ingenij sui fatus, si eos viuens publicare potuisset, quibus reliqua dedicarat, dedicaturum fuisse: Ego qui totos triginta sex annos ita in Ampliss. Reipub. negotijs sum versatus, vt nunquam fere ab illius cura discedem, iudicaui neq; mihi indecorum, neq; vobis Quirites inutile fore, si curarem, vt Liber in lucem ex auctoris mente, & sententia Amplissimo, ac Celeberrimo Populi Romani nomine decoratus exiret. Quod, vt videtis facio, atq; à vobis supplex peto, vt me, qui tot iam annos

vos & obseruo, & colo, eius beneuolentia, quam erga Patrem susceperatis, qua illum diutius frui mors non siuit; heredem ac successorem esse velitis Deus vos Senatus Ampliss. Optimiq; Ciues quam fœliciss. & incolumes seruet.

Amplitudinis Vestræ

Humiliss. Seruus

Paulus Antonius Cerronius R,

TITVLI SINGVLORVM LIBRORVM HVIVS PRAXIS prout sunt impressi.

LIB. I.

LIB. II.

LIB. III.

LIB. IIII.

LIB. V.

De

TITV-

TITVLI HVIVS PRAXIS
ordine alphabetico dispositi.

Num-

INDEX

Actua-

Annuę

Appella-

Appella-

Arti-

E

bipo-

Execu-

officio

G

I

Iudiciariam

Praeceio

O

tit.

Positio-

Protestatio

Reſti-

Senten-

non

Testes

FINIS. LVCÆ.

LVCÆ PÆTI I. C.
DE IVDICIARIA
FORMVLA CAPITOLINI FORI
LIBER PRIMVS.

VDICIARIAM formulam ciuilium causarum fori Capitolini recensurus, operepretium me facturum existimaui, si prius de personis tum Iudicum, tum Executorum, tum etiam Controuertentium, qui in hoc iudicio partes faciunt, pauca pro tyronum introductione referre, exemplo Iurisconsultorum, qui prius de personis, quam de rebus tractandum esse censuerunt. quibus prius dignissime cognitis, facilius & reliqua percipientur.

De electione Senatoris. Cap. I.

1 *Senator origine ab vrbe distare debet per quinquaginta millia passuum.*
2 *Senator intra tertium consanguinitatis vel affinitatis gradum nulli optimatum Vrbis attinere debet.*
3 *Senatoris electio pertinebat olim ad Po. Ro. hodie vero spectat ad Summum Pontificem.*
4 *Familia Senatoris remissiue.*
Senatoris iuramentum in ingressu officij. ibid.
5 *Iudex causarum criminalium à Senatore eligitur.*

A Se-

1 SEnator, qui in Capitolino foro primum locum obtinet, origine ab Vrbe saltem per quadraginta milliaria distare debet, ex stat. lib. 1. cap. 3 Nulli que optimatum Vrbis, aut ciuibus etiam ex pri-
2 uilegio consanguinitate, aut affinitate intra tertiũ gradum secundum ius canonicum computandum
3 attinere, ex eodem stat. lib. 1. cap. 3 Hic olim à Pop. Ro. eligebatur, & à Summo Pontifice confirmabatur. c. fundamenta. §. proinde. de elect. in 6. Hodie vero absq; Populi suffragio solus Summus Pontifex eum eligit, quandoque ad beneplacitum, quandoque ad annum, & ad nutum vlterius prorogat, licet ex statuto prędicto prorogari illius offi-
4 cium non deberet. Hic Senator (vt omittam quàm familiam, quosue equos habere debeat, & reliqua, quæ ex lectur. stat. lib. 1. c. 3. colliguntur, & de iuramento ab eo præstando, eod. lib. c. 7. vnũ Iudicẽ, suo arbitrio amouẽdum, habere debet, qui similiter per quadraginta milliaria origine ab Vrbe distet, qui publicis, priuatisque delictis superfit: & hic est eiusdem Senatoris in criminalibus locumtenens.

De electione primi, & secundi Collateralis, & Capitanei appellationum. Cap. II.

1 *Collaterales, & Capitaneus Appellationum per quos, & quomodo eligantur.*

2 *Collaterales, & Capitaneus, nisi Doctores in iudicando versati, non eliguntur.*

3 *Collateralibus, & Capitaneo constituendis accedit auctoritas Summi Pont.*

4 Pri-

4 Primus Collateralis est Senatoris in causis ciuilibus locumtenens.

5 Collateralium, & Capitanei officia, licet sint annalia, prorogantur tamen, Populo postulante, à summo Pontifice.

6 Pessimè meriti nonnulli prorogationes officij obtinuerunt.

Iuramentum Collateralium & Capitanei Appellationum. ibid.

1 POpulus Romanus quatuor Iudicum electores, quos Bussulatores vulgo appellant, publico cõsilio eligit: qui capta informatione Iuris consultorum, qui in Italia sint; & origine per quadraginta milliaria ab Vrbe distent, lib. 1. c. 4. fuerintque per nouennium antè publicè in aliquo Iurisconsultorũ collegio Doctoratus gradus insigniti, & aliquod iu-
2 dicandi munus exercuerint, & per quinquennium ante simile officium in Curia Capitolii non habuerint, nomina eorum, in quos omnes consenserint, singula singulis cereis pilis includunt, & sigillis ipsorum electorum signant, ipsasque pilas in tres sacculos iniiciunt, alterum Primi, alterum Secundi Collateralis, alterum Capitanei appellationum appellant. Qui tamen Capitaneus origine per lx. milliaria ab Vrbe distare debet, lib. 1 cap. 4. nec Senatoris, aut iudicum consanguineus, aut affinis sit, & alterius ciuitatis, & districtu. Deinde per sex menses ante futuram vacationem officii tres pilas ex singulo sacculo, publico ad hoc conuocato Consilio, sorte extrahunt: nominaque eorum, quos sors ipsa prætulit, vnà cum Conseruatoribus ad Pont. defe-

3 runt: qui vnum eligit: isq; est vel Primus, vel Secundus Collateralis, vel Capitaneus, vt sacculus dictat,
4 vnde sumptus est. Et primus Collateralis Senatoris est in ciuilibus locumtenens. Ipsorum autem Iudicum officia annalia sunt. Et quamuis vltra annum eorum officia prorogari non deberent ex stat. prædicto, consueuit tamen aliquando Ro. Pont. bene se gerentibus (si tamen id Po. postulat) tempus
5 prorogare: quam etiam prorogationem multi pessimè meriti per ambitionem extorserunt. Iurant au
6 tem isti Iudices in manibus Conseruatorum, quæ continentur lib. 1. c. 8. 9. & 10. Et de Doctoratu, & benè administrato officio docere tenentur, vt ibi.

De officio Senatoris, & Collateralium, deque Scribis, seu Notarijs actuarijs eorundem. Cap. III.

1 *Senator, & Collaterales pares sunt auctoritate, & potestate, sed impares dignitate.*

2 *Primus Collateralis post eius sessionem ad Senatoris tribunal tenetur sedere.*

3 *Senator, & primus Collateralis tenentur sedere de mane tantum, non autem de sero.*

4 *Senator & primus Collateralis sedent, computato tempore vtriusque, per duas horas.*

5 *Protonotarius, Senatoris est actuarius.*

6 *Protonotarij officium venale à Leone X. ad vtilitatem Po. Ro. effectum.*

7 *Officium Protonotarij.*

8 *Notariorum Collateralium non est præfinitus numerus.*

9 *Notariorum actuariorum qualitates & officium.*

10 No-

10 *Notariorum mercedes per quos taxentur & corrigantur.*
Notarioum actuariorum vita & mores remissiue. ibi.

1 HOrum trium iudicum, quantum ad ciuiles causas attinet, in ius dicendo par est auctoritas, atque potestas: siquidem eodem ordine, eademque censura, & potestate funguntur: omnesque causas ciuiles, quæ coram eis introducuntur, audiunt, & cognoscunt, & terminant: in dignitate tamen differunt. Primus siquidem Collateralis post Senatorem, qui illustris est, primum locum obtinet; secundus autem secundum. Et quia, vt dixi, primus Collateralis est etiam Senatoris locumtenens, ideo
2 ipse primus Collateralis postquam ad suum tribunal sederit, siue Senator eo die ius dixerit, siue non, ad tribunal Senatoris accedit: ibique siquid expediendum restat, expedire consueuit. lib. 1. cap. 4.

Sedere autem de mane circiter horam tertiam diei, die qualibet iuridica ad tribunal debent, ibi-
3 demque saltem per duas horas, computato tempo-
4 re, quo primus Collateralis ad Senatoris tribunal sedit, in mora. i. d. lib. 1. c. 57.
5 Senator vnum tantum Notarium actuariũ pro ciuili bus causis ad suum tribunal habet, qui Proto-
6 notarius appellatur. lib. 1. c. 10. cuius exercitium, & emolumenta hodie venalia sunt; singulis enim annis, siue etiam quandoque ad triennium à Conseruatoribus ad ipsius Po. Ro. vtilitatem licitatur ex largitione Leone X. Pont. Max. dum singularem. in libro litterarum Apostol. fol. 47.
7 Ad cuius Protonotarii officium pertinet, omnes

fideiussiones de non offendendo, & illas quæ vel à carceratis, vel inquisitis præstantur, & quascunque alias à delicto, vel quasi descendentes recipere: mandataque quæcunque de relaxando carceratos, quæ tum a Senatore, tum Iudice causarum criminaliũ, tum etiam à quibusuis aliis Capitolinis Iudicibus fiunt, subscribere d. lib. 1. c. 20. & officio finito scripturas per repertorium successori cõsignare debet.

Reliqua autem acta, vt ceteri, de quibus statim dicam; ipse scribere tenetur.

8 Primi vero & Secũdi Collateralis Notarii actuarii, qui ante tribunal suorum iudicum sedent, præfinitum numerum non habent: siquidem modo plures, modo pauciores sunt: ii tamen omnes Romani esse debent in albo Notariorum R. quod matriculam appellant, solemniter recepti: & fide, & peritia præuio examine rigoroso per Senatorem Pro consules, & Correctores collegii Notariorum dictæ Curiæ approbati, & per prædictos, & Senatorem ad scribendum admissi. lib. 1. c. 21.

9 Ad horum officium pertinet, acta omnia, quæ à collitigantibus fiunt, in libro vno suis foliis compacto scribere, & annotare, iura exhibita, & producta summo studio conseruare, testes diligenter examinare, & interrogare, & alia, de quibus dicto lib. 1. c. 21. 22. 23. 24. 25. & 27. & licet qui primo aditus fuerit ab actore, causæ Notarius esse debeat: tamen si ante litẽ contestatam reo suspectus sit, alius deputari debet, quod etiã post litem contestatam iusta existente causa & à Iudice approbata fieri poterit, & ter, vt suspectus, à causis remotus officio priuatus intelligitur. In examine vero testium pasim, altera

par-

partium petente, illis adiunctus datur, & hęc in examine suspicio etiam pluries reiterata Notario pro nota infamiæ, aut in pœnam non imputabitur, hæc omnia d. lib. 1. c. 29. deputationem tamen non ipse Notarius, qui deputatur, vel adiunctus datur, scribere debet, sed alius omnino. ex Bal. l. Iudices nu. 2. C. de fide instrumentorum.

10 Horum quoque Notariorum condecentes mercedes tam pro instrumentorum publicatione, quam pro sententiis à iudiciariis actibus à statutis taxatæ sunt, lib. 3. cap. 93. 94. 95. & 96. si quid autem omissum fuerit aut contra cõmissum per Iudices & collegii Correctores corrigũtur, & taxãtur. vt ibi dicitur.

De vita & moribus, quibus vti debent, dicto lib. 1. c. 23. & 24 & seq.

De officio Capitanei Appellationũ, & nullitatum, deque eius Notario actuario. Cap. IIII.

1 *Capitaneus quas causas cognoscat.*
2 *Capitaneus sedet in Palatio Conseruatorum.*
3 *Capitaneus hodie vnum tantum actuarium habet.*
4 *Notarius Capitanei perpetuus est, & subijcitur censuræ Correctorum, sicut alij Notarij.*

1 CApitaneus Appellationum cognoscit de omnibus appellationibus, quæ interponuntur a Senatore, & quibuscunque iudicibus Capitolinis, tam in causis ciuilibus & criminalibus quam mixtis. Necnon de nullitatibus quarumcunque sententia-

rum, vt supra, latarum, lib. 1. c. 166. & de reductione ad arbitrium boni viri, & de nullitatibus laudorum quorumcunque arbitrorum, & arbitratorum, d. lib.
2 1. c. 176. Hic in Palatio Conseruatorum diebus iuridicis de mane hora, qua alios iudices sedere dixi, ius dicit: & actuarium vnum habet, & perpetuum, qui acta conscribit, dicto lib. 1. c. 30. qui, vt & alii, de quibus supra, proximè Correctorum disciplinæ, & reliquis statutis subiicitur.

De Nuntijs, & Executoribus. Cap. V.

1 *Mandatarij tredecim sunt, scilicet vnus pro regione.*
Mandatariorum numerus augetur arbitrio Conseruatorum. ibid.
Mandatariorum electio, & priuatio pertinet ad Conseruatores. ibid.
2 *Mandatarij admittuntur cum iuramento, & cautione, remessiuè.*
Mandatarij citant ex officio, nulla Iudicis commissione præcedente, quibusdam casibus exceptis. ibid.
3 *Citandi facultas in causis ab initio commißarijs non pertinet ad mandatarios, sed ad cursores.*
4 *Executores Capitolini fori deputantur, & remouentur arbitrio Senatoris, & quale sit eorum officium.*

1 NVntii tredecim, quos Mandatarios non male appellant, ex forma statutorum in hoc foro esse debent, vnus pro qualibet regione: quorũ creatio, mutatio, & priuatio Conseruatorum arbitrio relinquitur. lib. 1. c. 15. non tamen, nisi causa cognita mutari, aut priuari consueuerunt. Addunt semper

per tamen Conseruatores aliquem supra numerũ, sub prætextu negotiorum Fiscum, seu Cameram Vrbis concernentium, qui idem officium, vt reliqui, habet, & exercet.

2 Horum Mandatariorum officium est, postquam fuerint admissi, iurauerint, & cauerint, ex generali mandato sibi à statutis tradito, etiam nullo alio speciali Iudicis mãdato præcedente, consuetudine ita interpretante(licet in certis casibus citationum Iudicis mandatum in scriptis præcedere deberet, d. lib. 1 c. 56) quemlibet in Vrbe, & suburbis ad partis instantiam in ius vocare: & de vocatis, & vocationis modo fidem facere, eo modo quo per statutum præscribitur lib. 1. c. 39. quam citationis fidem etiam ad citati instantiam facere tenetur, quamuis iure communi Iudicis mandatũ speciale citationẽ præcedere debeat, vt dicũt Cyn. Bar. Bal. & Sal. per illum tex. l fi. C. de exhib. re. de quo late per Ant. de Tremo in addi. ad Vber. de Bonaccur. in tract. except. tit. quib. mo. cita. impun. in prima add.

3 Citatio autem per præfatos nuntios facta in qualibet causa, quæ in hoc foro ventilatur, valet, & tenet. libr. 1. c. 39. illis causis exceptis, quæ ab initio per commissiones Apostolicas in eo foro introducerentur, in quibus per cursores non autẽ per mandatarios citationes fieri debent lib. 1. c. 51. nam in illis, quæ ab initio secundum formam statutorũ fuissent introductæ, aut reassumptæ, quamuis aliquæ Apostolicæ commissiones lite pendente præsentarentur: per mandatarios factæ citationes sufficiunt eo. c. 39.

4 Executores, siue apparitores huius fori per Se-

nato-

natorem deputantur, & eius arbitrio amouentur, lib.1.cap.40. Ad quorum officium spectat mandata iudicum realiter, & personaliter iuxta mandatorum formam, & tenorem infra triduum exequi: alias nisi de legitimo impedimento docuerint, pecuniariam pœnam incurrunt: pignora vero per eos in causam iudicati capta mandatariis subhastanda, iudicis mandato præcedente, consignare tenentur, lib.1.c.192.vers.si vero mobilia.

Qui Capitolino foro subijciũtur, & quo iure vtamur. Cap. VI.

1 *Capitolino foro subiecti.*
2 *Ciues Romani qui sint.*
3 *Forum quibus modis contrahatur.*
4 *Incolæ qui dicantur.*
Incolatus constituitur expressione verbali.ibid.
Incolatus conijcitur pluribus modis ibid.
5 *Incolæ quidam Capitolinum forum minimè sequuntur.*
6 *Couponæ, salsamentarii, cupedinarij, & huiusmodi Capitolino foro, & quare subiiciuntur.*
Capulatiua dispositio, vt verificetur, vtriusque copulati concursum requirit ibid.
7 *Districtuales qui sint, necnõ territorii, & districtus definitio.*
8 *Ciues Romani alieno foro se submittere non possunt, nisi in quibusdam casibus.*
Ciues Romani non tenentur sequi forum locorum de destrictu. ibid.
Senator cognoscit causas feudales ciuium. ibid.
9 *Clerici ciues Romani non sequuntur Capitolinum forum, nisi*

nisi ex communi regula.

10 *Præuentioni inter Gubernatorem, & Senatorem quando locus sit, & n.8.*

11 *Statuta Vrbis iuri ciuili, ciuile autem ius canonico præfertur, in tractatione iudiciorum.*

Districtualium causæ ordine statutorum tractantur. ibid.

Castra & Ciuitates intra districtum Vrbis positæ, licet à Iurisdictione, & districtu sint exemptæ, tamen statuta Romanorum seruant, excepto casu. ibid.

12 *Dubia de iure ciuili, & clara de iure canonico secundum ius canonicum terminantur.*

1 HVic foro subiiciuntur ciues Romani, incolæ Vrbis, & qui in Vrbis districtu inhabitant, lib1.c.41.

2 Ciues ex priuilegio, quantum attinet ad immunitatis priuilegia, illi esse intelliguntur, qui cum aliunde originem traxerint, priuilegium ciuilitatis a S. P. Q. R. obtinuerunt, & domum in Vrbe, & vineam in circuitu Vrbis infra tertium milliare possident, & in Vrbe cum sua familia per tres anni partes inhabitant, lib.3.c.56. licet alias statuto circumscripto ex solo priuilegio vere ciues constituantur. Bart.cons.62.punctus talis est, quidam.

3 Ceterum quo ad forum, nemo est, qui ignoret, ciues origine, manumissione, & adoptione, siue allectione fieri. l.1.& ibi gloss. ff. ad municip. l.ciues. & ibi gloss.C.de incol. lib. 10. & vtrobique doct. in hac potissimum ciuitate, quæ iure communi omnium patria est. l.Roma.ff.ad munic.gloss.d.l.ciues. Et ideò Rot. stylus declarauit, vt etiam legatis ciuitatum

tatum, Romę conuentis, ius reuocandi domum non cōpeteret. Ro. decis. 829. aliàs, de fo. comp 6. nota. quod illi, in antiq.

4 Incolæ autem sunt illi, qui ad Vrbem cum familia, & bonis, seu maiori parte bonorum, se contulerunt, inibi domicilium eligentes ea mente, vt ibi perpetuo sint. l. pupillus. §. incola. vbi doctiss. magister meus Alciat. ff. de verbo. signif. d. l. ciues C. de incol. lib 10. quæ mens multifarie declaratur, & conicitur.

5 Et primo verbis expressis, vt si quis declarasset se ad Vrbē inibi perpetuo mansurum contulisse Abb. c. fi. ad fi. extra de paroc. Dec. cons. 283. num. 11. Alciat. qui prædictos refert d. §. incola. Soza. Iuni. cōs. 7. nu. 5. vol. 2.

Hinc dicebam aliàs in facti contingentia, quòd aduena quidam Romam incolens, qui coram Auditore Cameræ conuentus causam contra se motā vigore priuilegiorum Rom. Pon. concessorum in foro Capitolino reassumi fecerat, iam se incolam declarauerat, adeo vt iterum in alia causa reus in dicto Capitolino foro conuentus forum declinare non possit. ex prædictis.

6 Secundo animus iste ex coniecturis elicitur: nam si quis venditis bonis, quæ in loco originis habebat, se ad Vrbem cum ea, quam habet, familia conferat, animum contrahēdi incolatum habere præsumi dicendum est. Io. de plat. d. l. ciues. Alciat d. §. in cola. Qua in re animaduertendum est, quòd statim quòd quis in loco domicilii aliqua bona possidet, ibi maiorem suarum fortunarum partem habere præsumitur, si alibi maiorem partem habere non

pro-

probatur. Io.de.plat.d.l.ciues.post.num.5.

Eadem coniectura (& erit tertius casus) militat in eo, qui per decennium incoluit; nam si hic non doceat animum descedendi habuisse, incolam se cõstituere voluisse præsumitur.l.2.vbi gloss. Ioan. de plat.Bal.& Ang.C.de agri.& censi lib.10.Bar.l.lex Cornelia.§ fin. tamen. ff. de iniur. Sozi.consi.129. nume.1.in fi.Alc.d.§.incola.

Ex his incolis excipiuntur, vt huic foro Capitolino non subiiciantur Campsores & mercatores & Officiales Ro.Cu.sequentes, oratores Principum, & Vniuersitatum, siuè ciuitatum aliquarum, familiares, Reuerend. Cardinalium, continui commensales item & curiales Ro. Cu. sequentes, & in illius vsu existentes. hos enim etsi incolatum contraxerint, Capitolino foro minime subsunt lib.1.c.41.

6 Ex verbis proximè relatis, Curiales Ro. Cu. sequentes, respondebam aliàs quibusdam, qui asserebant caupones, salsamentarios, cupedinarios, & huiusmodi genus hominum propter Ro. Cu. Romæ habitare, & exinde Capitolino foro non subesse longe decipi, cum in istis vsus curiæ non cõsistat, nec ipsi in curiæ vsu, sed aduocati de numero, procuratores, sollicitatores cancellariȩ, & sacrȩ pęnitẽtiariæ officiales & scribæ, ac similes, qui Ro. curiã quo se transferat, sequuntur, dici possunt, & vere sunt in casu prædicto. Cum igitur ad purificationem, & verificationem dispositorum copulatiue, requiratur vtriusque copulati concursus. l. si hæredi plures.ff.de condic.inst. Anchar. consi.205. præmittendum.num.3.Bald.l.1 ff.de iust. & iur.nisi ambæ qualitates curialitatis, vsus curiæ cõcurrant, exon-

ptioni

ptioni locus non erit cui conclusioni adstipulantur eiusdem statuti verba, ibi; Romani ciues & incolæ laici non alibi, &c. Nam si omnes præsumerentur ratione curiæ Vrbem incolere, vt illi asserebant, regula frustra ita fuisset constituta.

7 Districtuales appellantur à statuto omnes, qui ab Vrbis, & statutorum iurisdictione distringũtur. Nam quemadmodum territorium à terrendo dictum est. l. pupillus. §. territorium. ff. de verbo. signi. ita districtus a distringendo appellatus est. Angel. l. fi. col. 2. ver. in textu. ibi territorium. ff. de iuris. om. iud. Abb. consi. 20. lib. 1. num. 2. Fely. c. Rodulphus. verb. districtus. extra de rescript.

Est autem districtus secundum Bal. c. 1. §. fin. ad si quib. mod. feud. amitta. Iurisdictio territorii, & hominum: quam definitionem ampliando Aret. consi. 97. & ratio scribendi. dixit, quòd districtus est propriè dominium, vel territorium accedens ciuitati in subiectionem vltra fines simul cum ciuitate statutos: intra quos quidquid est, vocatur territoriũ. Quem refert Fely. d. c. Rodulphus. verb. districtus. vers. dixit etiam. Et in effectu districtus est idẽ, quod territorium Card. Clem. ne Romani. §. sane. de elect. Deci. consi. 17. vers. 2. & in effectu sentit Arét. vbi sup.

Districtus Vrbis olim porrigebatur vsque ad cẽtesimum milliare. l. 1. §. cum Vrbem. & ibi Bald. & alii. ff. de offi. præf. vrb. Hodie ad quadraginta tantum, lib. stat. 1. c. fi. & ita ab immemorabili tempore citra seruatum fuit, tum in dicto Capitolino foro, tum etiam per Vrbis præfectos, & alios, qui in districtu iurisdictionem exercent.

Ciues

8 Ciues igitur(vt ad eos redeam)priuatiue huic foro Capitolino subiiciuntur nisi in alienam iurisdictionem tracti tacite vel expresse consenserint, vel nisi de obligatione in forma Cameræ ageretur,quo casu præuentioni ab actore faciendę inter Capitolinos Iudices & Aud.Cameræ locus est, vel quibusdam aliis casibus,de quibus d.c.41.

Et quamuis res aliquas siue soli,siue mobiles, aut se mouentes in aliqua ciuitate, vel loco districtus Vrbis ciues possideant,ibi inuiti forum non sortiũtur,sed Romam reuocandi ius habent, & capti pro delicto ad Senatorem,remitti debent.lib.3.c.56.

Quinimmo etsi de feudo,quod in districtu sit, inter dominum, & feudatarium Romanum controuertatur, quæstio coram Senatore tractanda erit; licet inter plures feudatarios litigantes dominus cognoscere deberet, ex stat.lib.1.c.126.

9 Hæc de ciuibus,incolis,& districtualibus, qui sacris initiati non sunt,dicta intelligantur.Nam Clerici statutis certe ordinatoriis nõ subiiciuntur: nec forum Capitolinum sequuntur,nisi ex regula,Actores forum Rei sequantur.l.in criminali.C.de iurisd. om.iudi.l.fin.C.vbi in rem act. de qua re latius. c. si clericus laicum. cum concor.de fo. comp.per Alex. consi.103.vol.5.ad fi.

10 Item prædicta de ciuilibus causis intellige. Nam quod ad criminales attinet, si delictum, vel Romæ sit commissum, vel reus apprehendatur præuentioni inter Gubernatorem, & Senatorem maxime in causis grauioribus homicidii, pacis fractæ, cautionis de non offendendo præstandæ, locus est ex literis præfati Iul.II. & aliis quibusdam capitulis eius-

dem

dem Iulii, lib. 4. nempè litterarum Apostolicarum fol. 35. & seq.

11 Vtimur autem in hoc foro, & vbique inter Romanos, & statutis subiectos in primis iure municipali, & statutaria decisione: ea autem cessante, idest vbi statuta nõ disponunt, iure ciuili: & iis cessantibus, iure canonum: ex stat. lib. 1. c. 42.

Quòd statutũ, præsertim cum sit per Papam cõfirmatum validum, & obseruandũ est. Abb. c. quòd clericis. circa fin de for. comp. Alex. cons. 173. viso themate. ante nu. 3 ver. 2. latè per doc. l. omnes populi ff. de iustit. & iure.

Et non solum in Vrbe inter prædictos, sed etiam inter homines de districtu, etiam extra Vrbem litigantes in decisoriis statuta hæc, & successiuè ius commune, & in defectum vtriusque ius canonum seruari debent. Bart l. ex ea causa. ad fi. ff. de postul. Dec. cons. 17. viso puncto, ver. secũdo principaliter, quid etiam expresè cauetur proximè relato statut.

Et hæc adeo vera sunt, vt etiam si aliqua castra, vel ciuitates in districtu existẽtes a iurisdictione, & districtu exempta demonstrarentur, adhuc in eis hæc municipalia iura seruari deberent: nisi alia particularia locorum statuta aliter disponentia apparerent. Alex. cons. 151. col. 2. ver. præsupposita. vol. 2. Corn. cons. 151. ad fin. volum. 5.

12 Sed siquid iure ciuili dubium esset, iure canonum clarum, vt de legitima, & Trebellianica dicitur in c. Raynaldus. de test. vel quid tale, tunc puto attendendum ius canonum ad not. c. 1. & 2. extra de no. ope. nunt. per glos. & doct. c. venerabilis. qui fil. sint leg. per Bar. l. 1. C. de sacros. eccl. cum concor.

De

De Minoribus, eorundemque tutorum, & curatorum deputatione. Cap. VII.

1 *Maior xx annorum iure isto reputatur pro maiori.*
Maior ex forma statutorum Vrbis an possit petere in integrum restitui. ibidem remessiuè.
2 *Minores curatore interueniente agere debent.*
Minoribus per Iudices Capitolinos, & quandoque per Notarios ab eis deputatos tutores, & curatores dãtur. ibid.
3 *Forma procedendi contra minores pupillos & infantes habentes, vel non habentes tutorem, vel curatorem.*
4 *Tutor vel curator ex inquisitione datus non tenetur cauere.*
5 *Tutor vel curator datiuus quando & quomodo deputetur.*
6 *Procurator quomodo, & quando detur pupillis, vel adultis.*

1 MInor ætas iure communi extrema die anni xxv. expletur. l. 1. §. prætor. & §. apparet. ff. de minor. insti. de cur. in prin. iure isto municipali maiores annis xx. in quolibet actu, & negotio pro maioribus reputantur, lib. 1. c. 47. extremo igitur die anni xx. iure isto minor ætas expletur, & maior xx. vere maior efficitur in omnibus. Corn. consil. 108. in præsenti consultatione n. 6. & seq. add. plena ad Bal. l. vnica. si de momen. posi. fue. app. in fi. in verb. vlt. vbi etiam numquid huic pro maiori habito re-

ſtitutio in integrũ, vt minori cõcedatur remeſſiuè.

2 Minores igitur, qui agere volunt, formam à iure traditam obſeruent l. 1. & per tot. C. qui leg. perſo. ſtan. in iud. hab. l. non eò minus. & l. neque tutores. cum not. C. de procur. circa quæ voluit ſtat. lib. 1. cap. 48. quòd iudices Capitolini omnibus iuſte petentibus iuris forma ſeruata tutorem, & curatorem da e teneantur. Et ſi infirmi, aut abſentes hoc deſiderant, & præſertim viduæ, quæ pupillis ſuis curatores aut tutores petere volũt, vel de actore ad lites prouideri, Iudex notarium delegare poſſit, & qui & inſtrumentum celebrationis conſcribet, & decretũ tutelæ, ſiue curæ, & deputationis actoris ad lites interponat: quo remedio pauperibus, & impeditis egregiè conſulitur. delegationis autem decretum per acta alterius notarii interponi debebit. ex Bal. l. iudices C. de fid inſt. non enim rationi conſonũ videtur, vt ipſe idem de ſua iuriſdictione teſtimonium ferat, & ita ſtatuto prædicto cautũ eſt vt delegatus notarius inſolidum cũ alio de delegatione

3 rogetur. Si quis autem contra minores actionem inſtituere velit, ſi illi tutorem, aut curatorem hābēt legitimum, ſiue legitime deputatum, eoſdem minores, & tutorem, ſiue curatorem coniunctim citari faciat modo, & forma, vt de maioribus, & eorum procuratoribus, infra tit. de in ius vocan. dicetur, & cauetur lib. 1. c. 49.

Si vero conueniendi ſint pupilli aut infantes, ſi ipſi tutorem aut ad lites actorem vel curatorem nõ habeant, Iudex per duos aut tres teſtes qui pupillos & infantes & eorum patrem cognouerint ſummariæ & extraiudicialiter examinandos; de Cognatis affi-

affinibus & vicinis, aut alijs qui credantur defensionem pupillorum non omissuros diligenter se informet; & tunc citari faciat duos ex nominatis à dictis testibus, & illum in cuius domo pupilli aut infantes educantur ad suscipiendum infantis seu pupilli defensionem; alias videndum ipsis pupillis & infantibus de tutore vel curatore, ad eam litem tunc nominandam prouideri; quibus contumacibus existentibus Iudex vnum quem elegerit, etiam ex non citatis tutorem vel curatorem etiam absentem ad illam tantum litem deputabit, qui solēnia implere, & satisdare intra triduum, si excusationem legitimam non habuerit etiam capitis pignoribus cogetur, vel si actor magis elegerit ad decretum, & relaxationem grauaminis illiusque executionem contra illos duos primo loco citatos procedat, nec per vnius viæ electionem alteri præiudicetur: sed si illi duo citati comparuerint, & alios proximiores agnatos nominauerint, teneatur Iudex illos sic nominatos, si legitimam excusationem non habuerint, captis distractisque pignoribus, vt supra ad ipsorum pupillorum, vel infantium defensionem suscipere, & solennia, vt dictum est adimplere, & processus cū istis taliter factus valebit & tenebit, & in omnibus citationis contra dictos pupillos, & infantes exequendus nunquam curatoris aut tutoris prædicti persona omitti debet. hæc omnia ex statuto lib. 1. cap. 49.

4 Sciendum tamen, quòd qui ex inquisitione datur, cauere non tenetur, §. item ex inquisitione, instit. de satisd. tut de forma autem inquisitionis est tex. l. naturali. §. si queratur ff. de confir. tut. per Bar. l. sci-

re.ff.de tut. & curat. dat. per Bald. l.omnem.C.ad Tertul. hos autem legitimos, & ex inquisitione datos cogere debet Iudex ad onus suscipiendum.

5 His vero deficientibus, Iudex ad illam specialiter litem(intelligo parte citata,& cum fideiussore, vt dixi supra versi. sed si) curatorem, vel actorem deputabit. & hæc eadem forma quo ad omnes pupillos seruabitur ex predic. stat.lib.4.c.2.versic. in alijs. Quod quidem seriosum,& laboriosum admodum visum est.

6 Sed si non reperiretur,qui onus tutelæ vel curæ acceptare vellet, vel quia pupillus pauper esset, vel de re modica ageretur, posset iudex pupillis, vel adultis de procuratore ad causam illam prouidere, ex predic.stat.lib.4 c.2.in.fin.

De in ius vocando Cap. VIII.

1 *Ciues absentes & aduenæ de districtu Capitolino foro subiecti citantur per edictum.*

Citationis per edictum forma, ibidem.

2 *Citatorium edictum exequitur diuersis modis.*

3 *Citationis ad sententiam contra absentes forma.*

4 *Ad sententiam citari debet principalis & procurator.*

5 *Citatio principalis & procuratoris quando copulatiue requiratur.*

6 *Ciues & incolæ præsentes quomodo citantur.*

7 *Mandatarius qualem diligentiam adhibere tenetur citando.*

8 *Citatio ad apothecam, vel ad stationem, an sufficiat.*

9 *Procurator ante inceptum iudicium constitutus, an in-*

pro-

productione libelli sit citandus.

10 *Citandi præsentes forma remissiue.*

11 *Procurator & non dominus in intermedijs citari debet.*

12 *Citatio super intermedijs si fiat personaliter, fit sine schedula: si domi cum schedula.*

13 *Citationes vna die pro alia fieri debent, nisi in casu vbi.*

14 *Principali extra districtum habitante, procuratorem ad sententiam citasse sufficiet.*

15 *Aduena Romæ apprehensus quomodo citandus.*

16 *Vniuersitatis citatio quomodo sit facienda.*

17 *Nuntio si fiat iniuria à persona, vel vniuersitate citata quid faciendum.*

18 *Monitio Iudicis æquipollet citationi.*

19 *Diffusio citationis per Iudicem facta loco citationis habetur.*

20 *Iuridica dies quo signo dignoscatur.*

1 Ciues absentes, qui cum eorum familia extra Vrbem habitant, & illi qui de districtu sunt & in Capitolium forum sortiuntur in initio causæ per edictum, quod Senatus appellant, citari debent, lib. 1.c.41. cuius edicti forma hæc est.

Nos Flauius Hermes Lucensis almæ Vrbis Senator Illustris, ad petitionem, & instantiam Sempronii Attabi Ci.Ro. hoc nostro præsenti citatorio edicto committimus, imponimus, & mandamus tibi Parmenoni, vobisq; ceteris nuntiis iuratis Capitolinæ curiæ, notariis. & cursoribus, quatenus vnus vestrũ. qui primo fuerit ex parte dicti Sempronii requisitus, vadat, & personaliter se conferat ad ciuitatem

tatem Tiburtinam districtus Vrbis, & ad domum solitæ habitationis, & residentię Simonis Volcicio Ro. dictæ ciuitatis Tiburtinæ habitatoris, ex aduerso principalis, eundemque moneat, citet, & requirat personaliter, si reperiri poterit, alias ad domum eius solitæ habitationis, & residentiæ in dicta ciuitate Tiburtina, publice, & alta voce vicinis audientibus, & dimissa copia præsentis nostri citatorii edicti in valuis domus eius solitæ habitationis affixa, vno saltem teste præsente secundum formam statutorum Vrbis: seu, si domicilium reperiri non poterit, dimissa copia in manibus inibi iustitiam ministrantium, quatenus prima die iuridicia, & hora audientiæ consueta, qua nos ad tribunal iuris ad iura reddendum, & causas audiendum sedere continget, post terminum trium dierum a die præsentationis, & executionis præsentium computandorum, veniat, & compareat coram nobis in Palatio Capitolii, loco & hora prædictis: seu mittat eius legitimum procuratorem plene instructum, & informatum, qui de hominibus infrascriptis sit plene instructus, & ad ea habeat plenum, & sufficiēs mandatum, ad videndum productionē libelli, siue summariæ petitionis, videndum admitti, & respondendum illi in causa, & causis, quas dictus actor contra præfatum citatum habet, & mouet, ac habere, & mouere vult, & intendit, de & super mutuo, & restitutione certæ quantitatis olei, & frumenti, & alias prout in dicta petitione continetur, neccon in aliis sequentibus diebus, ad contestandum, contestarique videndum litem, iurandum, iurarique videndum de calumnia; alias videndum pronuncia-
ri



ri litem haberi pro contestata, & iuramentum calumniæ pro præstito, iuxta formam statutorum, & subsequenter ad videndum productionem articulorum, dicendum contra, videndum illos admitti, iurare testes & committi notario receptionem iuramentorum tam super illis, quàm tota causa, & ad dandum tempore debito interrogatoria, si quæ dare voluerit, & ad videndum productionem omniũ iurium, scripturarum, instrumentorũ, & documentorum ad causam, & causas huiusmodi facientium, & dicendum contra, illaque, & illas videndum admitti, & iurare testes super illorum recognitione, quatenus opus sit; necnon videndum in causa prædicta, quatenus opus sit, pręfigi tam primam, quàm secũdam, & tertiam dilationes statutarias. & siquã habet causam rationabilem, quare præmissa fieri non debeant allegãdum: sub comminatione, quòd in eius contumaciam procedetur contra ipsum in futurum per affixionem citationis ad valuas Palatii Curiæ Capitolinæ ad omnes, & singulos actus prædictos, aliosque quos ordo causæ, & causarum prædictarum postulabit: sub comminatione etiam, quòd in dicta ciuitate Tiburtina vlterius ad aliquẽ actum non citabitur, præterquam ad sententiam diffinitiuam audiendam. Relationi autem de præmissis, per te nuntium faciendæ plenam fidem adhibebimus. Datum Romæ in Palatio Curiæ prædictæ, sub anno, &c.

2 Hæc citatio, vt ex illius lectura apparet, per nũtium, siuè mandatarium Curiæ, seu per notarium aliquem vel cursorem exequi debet ex stat. lib. 1. c. 56. Et personaliter quidem exequi debet, si citati

copia haberi poteſt:ſin minus,per nuntium alta & intelligibili voce legẽda eſt,& copia dimitti in manibus domeſticorum citati, aut ſi nullus reperiatur vno ſaltem teſte præſente copia ad valuas domus citati affigi debet,vel poſtremo quando omnia ceſſent,illius loci rectoribus ſeu iuſtitiã miniſtrãtibus.

3 Ad ſententiam audiendam cum ſuis circunſtantiis,ſcilicet videndum deferri iuramentum in ſupplementum,& concludendum alia, & ſimilis citatio requiritur,dicto lib.1.c.53.& 56.

4 Sed etſi reus citatus procuratorem,qui etiam defenſionem ſuſceperit,ad Vrbem miſerit: adhuc ipſe principalis ad ſententiam audiendam citandus erit: quia ſolius procuratoris citatio hoc caſu non ſufficeret.d.c.56.

Sicut nec etiam ſufficeret, principalem, etiam Romę degentem,ad ſententiam,vel ad habendum pro confeſſo citaſſe, niſi & procurator inſimul citaretur,vt d.c.53.& 56.

5 Eademque forma ſeruanda erit in executiuis ac tribus illis poſſeſſoriis adipiſcendæ retinendæ & recuperandæ poſſeſſionis, ac ad habendum aliquẽ pro confeſſo ſuper poſitionibus, nempè vt principalis, & procurator coniunctim citari debeant d. lib.1.cap.54. In ceteris autem iudiciariis actibus, vt in productione articulorum, & iurium,iuramen to teſtium,& ſimilibus,ciues prædicti abſentes, & diſtrictuales ſi procuratorem non miſerint, domi ſolitarum habitationum citari debent; dimiſſa tamen copia in manibus inibi inhabitantium,aut ad valuas ianuę vno teſte præſente affixa. dicto lib. 1. c.51.ſi memoria ſit,vbi habitare conſueuerint,alias

aſſi-

affigetur copia ad valuas Curię, vt supradictum est,& in edicto comminatur.

6 Ciues autem,& incolæ pręsentes in Vrbe in productione libelli in scriptis personaliter, aut domi dimissis copiis in manibus domesticorum, vel in ostio affixis,vno teste pręsente vna die pro alia citari debent.d.lib.1.c.51. & 54. quod stat.iuri communi conforme est.Ias.l. plerique. in princip.ff. de in ius vocan.

7 Nec tenetur hoc casu nuntius,sicut nec etiam in suprascriptis,facere diligentiam prius de reperiendo personaliter,vel de hoc fidem facere: quoniam illud sufficeret,statuto circumscripto, & vt aliquid statutum operetur, diligentia tollitur. Abb. consil. 42.in quæstione nu.2.volum.2. Alex.l.4.§. pręor ait.nu.10.versic.quęrit hic Bald.ff.de dam. infecto.

8 Sed est quęstionis, numquid sufficiat, si citatio ad apothecam,vel stationem,vel citatus non habitat,facta sit? Et quidem,quantum ad statutum attinet, non sufficit. domum enim solitæ habitationis requirit stat.lib.1.c.51. ibi, in manibus cohabitantium,& hoc etiā circumscripto statuto,voluit Bar. l.item apud Labeonem. §. conuicium.ff de iniuri. & l.4.§ pręor ait.n.8 ff.de dam. infec. & ibi Alex. nu.4.quo in loco plures quęstiones respectu domus habitationis,&quando quis modo in vno,modo in alio loco habitat,reperies decisas.

9 Sed etsi forte ante inceptum iudicium procurator constitutus reperiretur, vt sępe contingit, cum de pręparatoriis disputatur; tunc vel procuratorē vel dominum in exhibitione petitionis citasse sufficiet lib.1.c.53.

Forma

10 Forma autem citationis in productione libelli contra præsentes in Vrbe tradetur infra ut de cau sis ordinariis vers. coram.
11 Quòd si procurator legitimus in causa comparear, non expediet vlterius principalem citari, sed ipsum procuratorem in intermediis, vel ipsum dominum citasse sufficiet lib. 1.c.51. licet statuto circumscripto, si citaretur dominus, & nō procurator, cum quo lis est contestata, & qui instantiæ factus est dominus, siuè in receptione testium, siuè in productione iurium, siuè in alio actu substantiali inter medio, & nullus compareret pro citato, actus corrueret, vt dicit Bald. l. si quando num. 9. C. de testib. Rot. decis. 21. alias, de proc. 2. in vlt. add. in no. Doct. omnes l. furioso ff de re iud. Hæc autem vera prçterquam in casibus notatis d. c.52. & c.53. in quibus procuratorem, & principalem iure isto citandos esse cauetur. Quæ rursus limitabis in summariis, vt dicam infra tit. de generali forma procedendi in summariis.
12 Animaduertendum quoque est, quòd citationes, quæ super reliquis intermediis fiunt, si personaliter citari apprehendantur, scriptura nō requiritur, sed sufficit verbalis nuntii relatio Notario actuario data. d c.54. sed, si domi fiant non aliter va lent, quàm si breuis schedula, per quam ad minus declaretur quis citetur, & ad cuius instantiam, corā quo Iudice, & ad quē actum, & pro qua die in manibus domesticorum, vel ad valuas ostii domus vno saltem teste præsente affixa relinquatur. d. cap. 53. Quod est etiam expressum Clem. 2. vt lit pend. in fi. In relatione autem de prædictis per nuntiū facienda

da scriptura non requiritur. sufficit enim, si ipse nuntius verbo tenus Notario attestetur, se reum domi dimissa copia in manibus domesticorum vel in ostio vno teste præsente affixa, citasse. d. c. 53.

13 Vna die pro alia citationes fieri debere hæc statuta disponunt, & recte, vt Reus consulte veniat ad iudicium responsurus. lib. 1 c. 51. ideoque ad statim fieri non possunt, nisi mora esset periculum allatura; vt est in inhibitionibus & prorogationibus fataliū, & instãtiarum, si tpe essent perituræ, ex verbis d. statuti c. 53 ibi; vel mora sit damnũ irreparabile allatura. his enim casibus talis citatio recepta est, ea declaratione, quã tradidi infra de fatalibus; siuẽ tẽporibus appellationis prosequendæ; vers. Euenit quãdoque; & seq. Circũscripto autẽ statuto nũquid præsens in iudicio citari debeat, vel eo p̃sente actus possit impediri, visenda sunt, quæ not. Doc. l. consentaneum. & præsertim Bald. C. quo. & quan. iudex. per Bar. l. 1. C. de in ius vocan. per Fely. remissiue. c. 2. nu. 16. vers. 13. limita. extra de testi.

14 Quòd si principales personæ, siue actor siue reus sit, extra vrbis districtũ degnant, neque in vrbe domicilium habeant, aut etiam inrequisiti elegerint, citatio contra procuratorem tantum etiam ad sententiam audiẽdam & in aliis casibus in quibus procuratorem & dominum citari debere est dispositum, executam fuisse sufficiet, lib. 1 c 52.

15 Sed si aduena in districtu vel extra degens, qui quoquomodo forum in Vrbe sortiatur. Romæ apprehensus ad certam causam coram certo Iudice, & ad constituendum procuratorem reperibilem, acceptante eligendumque domicilium in Vr-

be-

se vbi citari velit, aliàs videndum decerni processum per affixionem ad valuas curiæ Capitolii, citatus fuerit; & contumax in totum vel in partem extiterit, processus per affixionem factus aut procuratore citato impugnari non poterit, dummodo forma in citatione comminata seruetur lib. 1.c. 55. 1
16 Euenit quandoque, quòd Vniuersitas quædam de districtu erat pro ciuili causa citanda; qui casus à statuto omissus est: & eo casu recursum fuit ad Praxim gloss. c. si capitulo. de conces. præb. lib. 6. Moniti igitur ex iudicis mandato per nuntium in scriptis fuerunt loci illius decuriones*, quos massarios appellant, vt deberent certa die, hora, & loco vniuersitatem illam congregasse ad effectum, vt citari posset ad ea, quæ in eo edicto continebantur: qua die, & hora adueniente, nuntius se ad locũ designatum contulit: & cum neminem congregatum reperisset, alia, & intelligibili voce, quæ continebãtur in eo edicto, siue citatione, promulgauit, & cõpiam affixam in eo loco reliquit. Et hæc eadem forma in citatione ad sententiam repetita fuit. In ceteris vero intermediis citationes ad valuas Curiæ affixæ fuerunt, prout in prima citatione fuerat comminatum. 1
17 Sciendum quoque est, quod si is, qui extra Vrbem citatur, siue Vniuersitas sit, siue priuatus, nuntio ad citandum misso iniuriam inferret, tunc vlteriori citatione solemni opus non esset: sed sufficeret in valuis Curiæ in quolibet actu citasse. lib. 2. cap. 32. 2
18 Monitio Iudicis pro citatione habetur. d. lib. 1. c. 51. & ideo dicebat Bald. l. 1. in fin. C. de contrah. &
com-

committen. stipul. quòd fatuus est Iudex.qui partē præsentem per nuntium voçari facit.Statuētes igitur,qui voluerunt,quòd citationes vna die pro alia fierent,vt citati consulte respondere possent,voluerunt etiam,quod monitiones Iudicum vna die pro alia fieri deberent. d.lib. 1.c.51. ne hac via tempus ad consulendum reo præriperetur.

19 Sed etsi ciatio per Iudicem ad primam vel aliam certam diem fuerit diffusa, ipsa diffusio citationis loco habenda erit d.lib.1.c.51.

20 Dies iuridica vltra Calendarium dignoscitur ex eo, quia campana, quę est in Capitolina turri, de mane pulsatur;& eo die de mane circiter horam die tertiam Iudices pro tribunali sedent, ius petentibus dicendo,& dixi supra de officio Senatoris, & Collateralium,vers. sedere.

LIBER SECVNDVS.

De iudicijs, causarumque introductione & reassumptione. Cap. I.

1 *Causæ tripliciter in curia Capitolij introducuntur.*

2 *Causæ commissariæ in curiæ Capitolij quæ sint, & quo ordine tractentur.*

3 *Discussionum hereditatum, ac prioritatis & potioritatis inter creditores, & huiusmodi via ordinaria tractari possunt.*

Causæ diffamationum quo modo cognoscantur, ibid.

4 *Causæ cessionis bonorum quo modo tractentur.*

5 *Forma procedendi à statuto tradita in causis etiam com-*

commißariis seruanda.
6 *Reaßumptio causarum alibi inchoatarum quomodo & quando fiat.*

Ausæ in Curia Capitolii, aut ex forma statutorũ inchoantur, aut alibi inchoatæ in hoc foro reassumũtur, aut per specialia rescripta Apostolica cõmittũtur: de quibus omnibus singulariter dicẽdũ est. Verũ, quia earum, quæ ex forma statutorum inchoantur, prolixior est sermo, igitur de iis primo dicere institui, quæ per Apostolica rescripta committuntur: secundo de reassumptis: tertio de iis quæ ex forma statutorum introducuntur: quæ & ipsæ tripliciter distinguntur. aliæ enim appellantur ordinariæ, quæ plenum processũ requirunt: aliæ executiuæ: aliæ summariæ.

2 Cõmittũtur Senatori Capitolinisque iudicibus causæ Pontificis, eiusque signaturæ nutu inter laicos, etiam multoties statutis non subiectos. Nonnullæ etiam causæ hac via à causarũ patronis properantibus inhibitiones extorquere introducũtur, quę etiam ordinaria via introduci possent. nã causę discussionũ hæreditatum, quando hæres beneficio legis, & inuentarii gaudere vult, quæ vt plurimũ per Apost. rescripta introducuntur, rectissime data
3 petitione, & citatis creditoribus, & legatariis, vel aliis interesse pretendentibus, seruata ordinaria iudicii tela de qua infra, expediri possunt. l. scimus. §. sin autem. & §. & si præfatam, cum trib. seq. C. de iur. delib. Item & causa plurium creditorum de bonis creditoris cessantis, seu decocti, ac de prioritate

&

& potioritate pignorum controuertentium. l. 1. & per totum C. qui pot. in pig hab. Item si mulier marito ad inopiam vergente bona pro dote hypothecata retinere, aut ab aliis vēdicare contendat. l. vbi adhuc. C. de iu. doti. Item si quis iactet ius sibi super aliqua re competere; & is, qui possidet, diffamatur, causam diffamationum, & impositionis silentii via petitionis probatis diffamationibus introducere potest ad l. diffamari. C. de inge. & manu duobusque terminis diffamanti ad probandum præfixis absolutionem obtinere. Afflict. decis. 264. quidam Baro. nu 3.

4 Item & cessionis bonorum, seu admissionis ad beneficium quinquennale. l. 1. & fi. C. qui bo. ced. pos. l. penul. ff. de ces. bo. Etiam si ex pacto maioris partis creditorum aliquid remittatur, vel dilatio aliqua concedatur. l. & suum §. fi. l. maiorem. ff. de pact. de qua tamen cessione loquitur stat. lib. primo cap. 161.

Sic & reuocatio attentatorum Franch. c. non solum. in princ. de appell. in. 6. cum simil. latiss. deductis per Roffr. in suo tract. de libel. concep.

Sed causarum patroni, vt celerius, & vberius, vt dixi, clientibus cum inhibitionis in vim specialium rescriptorum emanandis consulant, recurrunt ad signaturam, a qua causarum cōmissiones impetrant istis iudicibus Capitolinis directas, à quibus tamen etiam via ordinaria post porrectā petitionem parte citata possent inhibitionem impetrare. cle. fin. vt lit. pend. cum not.

5 In istis igitur causis per signaturam Capitolinis iudicibus commissis nihil de forma tradita à statutum

tum in procedendo, tum etiam in iudicando omittendum est, nisi statutis specialiter derogetur, vel specialis procedendi forma in rescripto data sit, lib. 1. cap. 43. Et hæc derogatio inter statutis subiectos per signaturam iustitiæ fieri non consueuit, nec facta tenet, nisi adsit manus Papæ, vt in litteris confirmationis statutorum dicitur, de quo Sarnen. ad reg. Cancel. in compen. vtriusque signat. numer. 25. Staphi. de literis gra. & iust. lib. 7. vers. patet. char. 149. secundum primam impressionem. Et ex consequenti si statutis derogatum non sit, si causa erit ordinaria, seruanda, & attendenda erunt, quæ infra de ordinariis, Deo dante, dicam. si executiua, vel summaria, idemtidem, quod suo loco tradam.

6 Reassumuntur causæ in aliis tribunalibus introductæ, si in eis Romani ciues, incolæ aut districtuales rei sint, hoc modo, Reus Romanus vel incola cū primum coram alio quàm suo Capitolino Iudice citatus fuerit per se vel procuratorem suum compareat, dicatque se ciuem, vel incolam, ac exinde petat se ad suum Iudicem remitti, quòd si Iudex eum remittere recusauerit, aut ad vlteriora procedere tentauerit, causam coram Senatore vel altero ex collateralibus reassumi parte citata in vim statuti lib. 1. c. 41. obtinebit & inhiberi, cui inhibitioni si pars aduersa vel Iudex non acquieuerint, dato attentatorum libello, attentata reuocari obtinebit.

Hęc reassumptio valet, & tenet, nisi agatur, vt dixi, de obligatione in forma Cameræ; & causa esset coram Auditore Cameræ introducta, in quibus locus est inter omnes Iudices pręuentioni, & quibusdam aliis casibus in dicto statuto expressis.

Ca-

Cauere igitur debent rei coram non suo Iudice conuenti, ne in non suũ Iudicem tacite vel expresse consenserint, quia tunc declinatio & reassumptio frustra tentaretur ex statuto prædicto c. 41. vel de causis mercedum, & salariorum, quia in istis ex statuto dicto locus est præuentioni ab actore faciẽdæ.

Causæ vero, quæ ab initio ex forma statutorum in hoc foro introducuntur, triplicis generis, vt dixi, esse dignoscuntur. aut enim ordinariæ sunt, quia in illis plenus, & ordinarius processus requiritur, aut executiuæ, aut summariæ. de quibus, & modo procedendi in eisdem singulariter differendum est.

De causis ordinarijs, & petitione in illis exhibenda. Cap. II.

1 *Causæ ordinariæ quæ sint & quæ in eis forma seruatur.*

2 *Forma petitionis in ordinarijs.*

3 *Vrbana interpellatio iudiciariam petitionem præcedere debet.*

4 *Forma citationis in productione petitionis in ordinarijs.*

5 *Copia petitionis sequenti die per notarium reo petenti dari debet.*

Terminus ad opponendum contra petitionem post illam à reo habitam est ad primam diem ibid.

6 *Exceptiones litis ingressum impedientes, & dilatoriæ & anormalæ remissiue. & nu. 78.*

9 *Officium patroni causæ Deum timentis, est lites amputare.*

10 *Exceptiones declinatoriæ quando opponi debeant.*

11 *Consentiens in Capitolinum Iudicem si iurisdictio sit prorogabilis non potest amplius se ab eo eximere.*

12 *Exceptiones hic enumeratas ante litis contestationem opponens, illas intra triduum probare tenetur.*

13 *Exceptionem excommunicationis maioris & ciuilis diffidationis probata agentem repellit.*

14 *Exceptionis prædictas opponens post datas duas dilationes statutaria non auditur nisi deposito facto.*

15 *Exceptiones noui pacti solutionis, & alia de quibus hic opponens rem petitam deponere tenetur.*

16 *Exceptiones quæ litis contestationem impediant, quomodo proponi debeant.*

17 *Exceptiones altiorem indaginem requirentes reseruantur ad merita.*

18 *Exceptio dilatoria reseruata & verificata in processu, reddit processum nullum.*

19 *Iudice allegato suspecto quomodo alleganti consulatur, & quando.*

20 *Petitioni post litem contestatam nihil addi, aut detrahi potest.*

1 ORdinarie igitur proceditur in causis non priuilegatis, in quibus de summa, vel re valorem 25. ducatorum auri excedente agitur, lib. 1. c. 59.

Sed quamuis causæ istæ ordinariæ appellentur, breuis tamen admodum iudiciaria tela in illis seruāda est. In primis namque formāda est petitio in scriptis; quam de consilio iuris periti, si ipse iuris peritus non sit, procurator formare bebet. Difficile est enim vt legū ignarus, etsi mille formulas haberet, in tam diuerso actionum genere recte concludere possit

possit. Vnam tamen formulam apponere visum est, vt exinde tyrones sibi generalium clausularũ exempla sumere possint: quarum si magis periti fieri volunt, ad Papiensem, qui de illis plenissime tractauit, recurrere poterunt. formula hæc est.

2 Coram vobis illustri Domino Senatore comparet procurator, & eo nomine Quinti Tuberonis, cõtra, & aduersus Sextum Pedium, omnemque aliam personam pro eo in iudicio pręsentis causę legitime comparentem; dicens & exponens non in modũ solemnis libelli, nisi si, & quatenus opus sit, sed qualis qualis petitionis, & simplicis facti narrationis, quid pręfatus principalis suus de anno proxime pręterito & mense Augusti, seu alio tẽpore veriori, amicabiliter à pręfato aduersario requisitus, benigne, & amicabiliter eidẽ mutuo dedit hic Romę amphoras quadringentas optimi vini Cãpani, quas pręfatus aduersarius in proximis pręteritis Calendis Decẽbris tunc futuris restituere hic Romæ, & in eodẽ loco, vnde sumpserat, libere promisit: quibus calendis aduenientibus aduersarius etiam requisitus, & amice interpellatus restituere cessauit, prout etiã de pręsenti cessat, in graue damnum, & pręiudiciũ pręfati principalis sui, qui vinũ prędictum ad rationẽ denariorum decem pro singulis amphoris, vendere potuisset, prout de dicto mense Decembri, & subsequenti Ianuario communiter in Vrbe vinum optimum Campanum venditum, & emptum fuit, cum hodie vix denarii septem pro singulis amphoris reperiantur. Quare petit procurator pręedictus, quo supra, nomine per vos dominum iudicem, vestraque diffinitiua sententia, quatenus opus sit, pronũtiari,

decerni,& declarari,prædicta omnia, & singula vera fuisse,& esse, pręfatumq; aduersarium condemnandum fore,& esse,& condẽnari ad dandum,& restituendum præfato principali suo pręd[i]ctas quadringentas amphoras optimi Cãpani vini vnà cum damnis, expensis,& interesse passis,factis,& incursis,pariendis,faciendis,& incurrẽdis,habita, ratione quanti plurimi dictũ vinũ communi pretio à tẽpore morę citra vendi potuisset,& in futurum forsan vendi posse continget,condemnatumq;iuris,& facti remediis opportunis ad prædicta cogi,& cõpelli,dictoq;suo principali de,&super pręmissis omnibus,& singulis ius,& iustitiam ministrari non solũ prædicto,sed omni alio meliori modo: deducendo omne ius,omneq; remediũ,&c.ac officio vestræ Claritatis,quatenus expediat desuper humiliter implorato,& prædicta procurator prædictus dicit, & fieri petit tã coniunctim,quàm diuisim, ac tã narratiuè,quã dispositiuè,& aliàs omni meliori modo. Nõ se astringẽs &c.Saluo iurę &c.Et ꝓtestatur &c.

Statutum,de quo loquimur,lib.1.c.59.non libellum,sed petitionem desiderat;& si in rubrica de libello mentio fiat alternatiuè: igitur super vacuo in proxime relata formula apposita est clausula non in modũ solẽnis libelli,nisi si, & quatenus opus sit, de qua per Ias.l.nã postea,aliàs, ait pretor. in prin. nu.19.ff. de iureiur. sicut & multæ aliæ ex abundanti positæ sunt,quæ necessario ex statuto nostro non requirerentur. Illas tamen ita apposui, vt à maioribus, & præceptoribus accepi, nec omnino inutiliter, vt arbitror, cum ex illis multoties pertinacium disputationes tollantur.

3 Verbana requisitio de æquitate iudicialem petitionem præcederet debet, vt colligi licet ex l. quidā liber us. ff. de serui. vrba. prædio. ac etiā prodest, quia quamuis reus post citationem debitum agnosceret adhuc ad expensas citationis teneretur: quod secus esset, si amicabiliter non fuisset ante citationem requisitus. Rom. sin. 396. alio fero. Fel. c. nouit. prope fi. extra. de Iudi. Quę quidem interpellatio semper facta pręsumetur, si in petitione facta esse dicatur Ro. sing. 397. quis debet. Cur. Iun. l. vinum n. 19. ff. si cer. pet. & licet Fely. vbi supra dubitare videatur: Tamen in c. quoniam. n. 14. vers. hanc limitationē dupliciter. extra de probatio. transit cum hac opi. arguendo à cōmuniter accidentibus. Vix est enim, quòd quis à citatione incipiat requisitione non præmissa.

Ea igitur petitione formata, citari debet reus siue illius procurator si de mandato illius in actis constet in scriptis sub hac forma.

4 Coram Illustri domino Senatore (Romana mutui) citentur Sextus Pedius ex aduerso principalis, seu Quintus Cicero eiusdem procurator, ad videndum productionem petitionis, videndum illam admitti, & respondendum illi, ad primam diē, instante Quinto Tuberone principali. & hæc citatio per mandatarium subscripta prima die iuridica post illius executione Notario actuario vnà cum petitione assignari debet, & aduersæ partis cōtumacia accusata petetur ipsa petitio admitti: quam Iudex si, & in quantum admittere consueuit. licet à statuto nec admissio, nec ad videndum admitti citatio requiratur. d. c. 59.

Reus autem comparere,& generalia contra pro nunc(saluis aliis suis,loco,& tempore opponendis) dicere,& copiam petitionis petere debet.

5 Hanc petitionis copiam,sicut & omnes alias petitas copias, Notarius partibus petentibus sequenti die iuridica, aut, si prolixiores sint, infra duos,vel tres dies,dare tenetur, qua die tenetur petens illas comparere,& satisfacto Notario de cõpetenti mercede,easdem recipere.Non enim alia citatio ad copia recipiendã requiritur: sed sufficit,si actor vult, quòd ipse compareat illa die,qua reus copiam recipere tenetur, & illius contumaciam accuset.Petens enim,si eam recipere cessauerit, vlteriori dilatione ad eam recipiendam nõ gaudebit.lib.1.c.28. & 50.

Si reus copiam recipiet,diem faciet à tergo,vel in calce datæ copiæ annotare,& sibi terminum ad opponendum assignare,qui ad primam diem à iudicibus statui consueuit;& est etiam à statuto expressũ in volente cõtra rescriptum opponere, d.lib.primo cap.65. Hunc etiam datæ copiæ diem Notarius in actis suis annotare tenetur, pœna ei amotionis à causa imminente, d.lib.1.c.28.

9 Copia recepta rei procurator mature causã clientis voluere, diligenterque pensare debet;& si quas exceptiones litis ingressum impedientes suo clienti competere cognouerit, maturo consilio eas deducere debet.

7 Scire enim debet patronus dilatorias multiplices esse. Aliç.n.sunt declinatoriç ex persona iudicis: quia is sit ex aliquo capite suspectus,vel aliter incõpetens iudex: Aliæ ratione personç actoris: Aliç ratione personç rei cõuenti: Aliç ratione personç procura-

curatoris agentis: Aliæ ratione loci: Aliæ temporis: Aliæ causæ: Aliæ libelli, & similes multæ, de quibus etiam late per Vrb de Bonaccu. Doct. antiquũ in suo tract. de exceptio. in prin. & per Spec. in tit. de excep. §. 1. vers. dilatoriarum.

Item & peremptoriæ, & anormalæ, siue anormes multæ sunt, quæ ad processum, & ad merita opponi possunt; quas nuncupatim enumerant Bal. l. postquã liti. C. de pac. Paul. de Cast. l. ait prætor. alias nã postea. ff. de iureiur. Alex. in apostil. ad Bar. l. vir bonus. ff. iudic. sol. Aret. in §. æque. nu. 14 instit. de excep. vbi enumerat 44. & tradit regulam ad cognoscẽdũ innumeras. Maria Soz. c. 1 de litis cõtest. ponit 36. inter quas multæ sunt ab aliis non tactæ Fely qui prædictos refert, ponit etiam aliquas. cap. exceptionẽ à n. 37. vsque ad n 45. extra de exceptio. & aliquæ etiam enumerantur per statutum, qui ad paucas respectu multarum restringit. lib. 5. c. 49.

8 Exceptionis igitur, quæ litis ingressum impediũt, siue dilatoriç, siue peremptoriç, siue etiã anormalæ sint) dũmodo cũ effectu reo cõpetãt) ante om-
9 nia opponi debent, & discuti. Officium namque patroni Deum timentis est, vt non permittat clientẽ sumptibus, & expensis vexari. Et proptera, si agentem in initio repellere poterit, non cunctabitur.

10 Sciat autem, quòd priuilegiati qui ius declinãdi forum habent, de quorum tamen priuilegio non cõstat, quia habitũ priuilegii forsan nõ deferunt, si citati non conparuerint, & postea forum declinare voluerint, non ante suum Iudicẽ remittentur, quã actori priuilegium ignoranti expensas refecerint, lib. 1. cap. 16.

11 Sed si iurisdictio fuerit prorogabilis, & in Capitolinũ Iudicem isti priuilegiati consenserint, non poterint se ab illius iurisdictione eximere, & hoc tam si de ciuili quàm de criminali, vel mixta causa tractetur. d. lib. 1. c. 61.

12 Si tamen ante litis contestationem à reo proponantur exceptiones, Iudicis incõpetentis, litis alibi pendentis, rei iudicatę, iuramenti litis decisiui deferendi, transactionis litis finitæ, petiti cõpromissi, prępostherati ordinis substantialis, causæ præiudicialis, pendentis termini, ad perficiendum inuentarium, pacti de non petendo aut aliæ per quæ per præsentia statuta audientia prohibeatur, vel actio agenti denegatur, super illis ante litis contestationẽ discutiatur, & Iudex terminum quinque dierũ, vtilium opponenti ad probandum præfigat, infra quẽ si opponens nõ probauerit, per Iudicem ad vlteriora procedatur, exceptiones tamen ex præmissis, quæ merita concernere possunt, censeantur ad merita reseruatæ ex statuto lib. 1. cap. 62.

13 Excommunicationis autem maioris, vel ciuilis diffidationis exceptione quandocumque opposita, & probata nullus agendo audiatur, nisi de absolutione aut reaffidatione legitime doceat. lib. 1. c. 63.

14 Sed etsi quis post datas duas dilationes ad probãdum excommunicationis, aut diffidationis in personam Iudicis, vel actoris opponat, quæ probatione indigeat nullatenus audiri debet, nisi opponens penes acta notarii ducatos auri quinque deponat illico parti aduersæ assignandos, nisi de ea intra tres dies vtiles legitime docuerit lib. 1. cap. 64.

15 Si vero exceptiones noui pacti, seu conuentionis libe-

liberatoris, satisfactionis, pendentisque alibi litis, post lapsas dilationes statutarias, vel ad impediendũ executione rei iudicatæ, vel quamcumque aliam executionem opponantur, non audiatur opponens nisi rem, aut summam iudicatam, seu pro qua executio petitur, deponant cum effectu illico victori consignandam, nisi intra tres vtiles dies de prædicta sua exceptione docuerit.d.c.64.

16 Prudenter tamen prædictæ exceptionis maxime peremptoriæ, & quæ per statutum proxime relatum enumerantur, opponendæ, & deducendæ sunt. Nam si oppositio merita concerneret, contestationem non impediret: vt quia procurator conuenti diceret, Sempronius reus nihil Papinio actori debet, quia per sententiam, vel transactionem liberatus est. Sed nominatim exprimere debet se eam exceptionem ad litis ingressum, & vlteriorem processum impediendum opponere. ita Ias. de mente Bart. Bald. Angel. Rom. & Alex. d.l. nam postea. alias, ait prætor. nu. 17. ff. de. iure iur. vis tota est igitur in modo opponendi, vt ibi per eum.

Nam, vt ad dilatorias redeam, si ea ante litis contestationem non opponerentur, frustra conaretur patronus post litis contestationem, aut pro contestata habita illas opponere. l. penulti. & fina. C. de exceptio. l. exceptionem, cum concor. C. de probat. Quam regulam limitat Fely. d. c. exceptionem. nu. 11. tresdecim notabilibus modis, ad quem patronus in facti contingentia recurret.

Numquid autem opponens peremptoriã in vim dilatoriæ, & succumbens possit iterũ eandẽ in vim peremptoriæ post litem contestatam opponere? vi-

sen-

fendum per Bald.& alios d.l.nam postea.

17 Actoris autem procurator curabit, vt, quanto citius fieri potest, ex his intricationibus se eximat. & si viderit opposítas exceptiones altiorẽ indaginẽ requirere, impetret à Iudice, vt illarum disputatio; & cognitio ad merita reseruetur. quod fieri & potest & debet. Felyn. d.c. exceptionem. n. 23. extra de exceptio. post. Abb. & alios c. ad dissoluendum. de despon impub. ac Hostien. Bal. Bar. Rom. Areti. Ana. & alios in locis per eum alleg.

Ab hac reseruatione reus appellare nominatim in scriptis, & expressa causa recte poterit domi. c. si quis. §. exceptionem. tertia. q. 6. quem refert Fely. d. c. exceptionem. nu. 23. ad. fi. nisi, vt dixi, exceptio reseruata altiorẽ indaginem requireret, vt ipse Fely. ibi dicit, nu. 24. vel nisi terminus a Iudice præfixus caput esset ex dicto statuto. c. 62.

18 Illud non omittam, quòd si facta reseruatione per Iudicẽ, dilatoria vel illius vim obtinens ad impediendũ processum opposita in ipso processu verificetur & probetur, processus retroactus remanebit inualidus. Bar. l. ille, à quo. §. si de testamento. num. 5. ff. ad Trebell. Cast. d. l. ait prætor. aliàs, nã postea. n. 7. ff. de iureiur. Fely. d. c. exceptionem, ante. n. 25. de exceptio. Qua in re diligenter animaduertere debet actoris patronus, ne reseruationem procurando, magis clientem implicet.

19 Sed qui iudicis suspicio inter dilatorias annumeratur, sciendũ est, quòd si quis ex litigationibus ante litẽ cõtestatã, seu pro contestata habitã aliquę ex Collateralibus cum iuramento suspectum corã Senatore allegabit, Senator vel illi adiunctũ dabit,

vel

vel alium siue ex suis Capitolinis, siue extra Capitolium in locū illius suspecti deputabit, sed si post litis contestationem ea inciderit suspicio, tunc causa in actis expressa, Senator arbitrio suo, omni & quacunque appellatione remota suspicionem reiicere, vel vt supra prouidere poterit, & debebit ex stat. lib. 1. c. 12.

20 Vnum etiam admoneo, quòd post litem cōtestatam, siue pro contestata habitam actor aliquid addere, vel detrahere suæ petitioni non potest: nisi refectis expensis d. lib. 1. c. 59. & tunc iterum à petitionis exhibitione incipere debet, ad Bar. Dec. & alios l. edita. ad fi. C. de eden. Igitur antequā ad litis contestationem descendat, animaduertere debet actoris patronus, si quid suæ intentioni, siue petitioni addendum, aut detrahendum putet.

De litis contestatione, & iuramento calumniæ. Cap. III.

1 *Forma citationis pro contestanda lite & iurando de calumnia. & nu. 2.*

3 *Reo fatenti actoris intentionem, terminus ad implendum petita dierum octo præfigitur.*

4 *Iuramentum calumniæ per ipsummet actorem si præsens sit, præstandum est, & quid si absens sit. & n. 5. 6.*

6 *Procurator etiam in animam suam de calumnia iurare tenetur, si pars petat.*

7 *Procurator quale mandatum habere debeat, vt ad iurandum de calumnia admittatur.*

8 *Iuramentum calumniæ pro minore quis subeat. & nu. 11.*

9 *Syn-*

9 *Syndicus pro vniuersitate de calumnia iuret. & nume-ro 11.*

10 *Pater pro filio in his in quibus administrationem habet, de calumnia iurat.*

12 *Iuramentum calumniæ quæ contineat sub se.*

1 HIs consummatis citabitur reus vel illius procu rator(si in actis constitutus acceptauerit)vel alias de mandato ad eam causam docuerit, vt dixi supra de in ius vocando,citabitur inquam ad cōtestandum,contestari que videndum litem,iurandū, iuratiq; videndum de calumnia, alias videndum pronuntiari litē haberi pro contestatá, & iuramentum calumniæ pro præstito,ex statut.lib.1.c.59.facta autem mandatarii relatione, actor rei cōtumaciam accusabit:& asserendo contenta in suam petitione esse vera,& sic litem cōtestando affirmatiuè, & iuramento calūniæ præstito petet à iudice pronuntiari litem haberi pro contestata, & iuramentum calumniæ haberi pro præstito: tunc Iudex litem haberi pro contestata, & iuramentum calumniæ haberi pro præstito,nisi per totam audientiam lis contestata, & iuramentum calumnię præstitum fuerit pronuntiabit: & de prædictis, quia pro forma dantur à statuto prædicto lib.1.c.59.nihil omittetur,quia actus corrueret omnino.

2 Hunc modum habendi litem pro contestata in contumaciam,& odium aduersarii nō contestantis ad tollendas ambages iuris communis, & longa remedia rite disposuerunt statuentes,secundum Cast. cons.290.visis his,quæ supra narrantur.vol.1.nu.2. alioqui pręsētia vtriusq;actoris scilicet,& rei requi-

re-

reretur. Bar. l. 1. n. 10. C. de lit. conte. de quo tamen per Abb. c. 1. n. 7. extra de lit. cont.
3 Sed si reus in termino compareat, & litem contestari velit negatiue, audiendus est: & in causa ad vlteriora, vt in sequentibus tradetur, & procedendũ. Si vero fateatur actoris intentionem, terminus ad implendum petita per actorem dierum decem illi dandus est ex prędicto stat. lib. 1. c. 89.
4 Dixi iuramentum calumniæ per ipsum actorem præstandum esse ex dicto lib. 1. c. 59. & 66. Et ideò si actor, vt multoties contingit, præsẽs in iudicio non sit: prudentes causarum patroni receptionem iuramenti per principalem præstandi Notario actuario committi petunt, ipsumque actuarium ad recipiendum iuramentum prędictum destinari procurant; quod iure optimo petitur, si principales personę egregię, vel mulieres, aut aliàs impeditę sint. l. ad personas egregias. ff. de iureiur. c. mulieres. de iud. in 6. & statuto nostro cauetur. d. c. 66.

Quòd si actor ab vrbe vltra viginti milliaria absens sit. procurator, si ad id speciale mandatum habeat, seipsum ad iurandum de calumnia (absentia allegata, & iurata) admitti petet. d. lib. 1. c. 66. c. fi. de iuram. calum. in 6. Alex. post alios. l. qui bona. §. qui alieno. ff. de dam. infec. Et hic in animã sui principalis verba concipit, 63. dist. c. tibi domino. vbi glo. & c. procurator. de electio. in 6. c. in appellationib. §. procuratores. vbi glos. verb. ab ipsis. extra de iura calum. Nisi iuramentũ etiam in animam ipsius procuratoris ab aduersa parte exigatur: quia eo casu etiã in sui ipsius animã procurator iurare cogitur. d. c. 64. d. §. procuratores. & ibi glo. Rot. deci. 37. aliàs,

de

de iur.calum.1.in no. Vbi dicitur, quòd ex consuetudine Ro.Cu.approbata per c.fi.de iura calum. in 6.procurator in animam suam,& domini iuramenti verba concipere tenetur.

7 Quæ autem forma mandati ad iurandum de calumnia esse debeat: & an sufficiat specialis clausula in generali mandato apposita,ad futuras lites,si nominatim lis expressa non sit, dubitatur. Et non sufficere tenuerunt quamplurimi.Bart.vero d.l.qui bona.§.qui alieno.n.7.ff.de dam.infec.contrarium tenuit. & cum eo est Italiæ consuetudo. ita Alex. qui multos refert d.§.qui alieno.n.8. Mathes.not. 150. nota quòd si dominus.vbi add.& ita communis stylus obseruat.

8 Dubitatum vidi,quod si minor sit is,pro quo agitur, quis iuramentum calumniæ subire debeat ad processus validitatem? Et responsum extitit,actorē ad lites Iudicis decreto constitutū,glos.l.2. §. quod obseruari verb.personæ. C.de iur. calum. quam ibi approbat Barto.col.3.vers quæro quę sint & ibidē Salyc.col 2. vers. venio ad quæstionem Specu. de iura cal.§.restat.in prin. & ibi Io. And. post Vber. de Bobi.& Guid. de Suz. & est communis opin. secundum Salyc.vbi supra.

9 Idem in syndico vniuersitatis dicendum est, vt dicūt glo.& Doct.in loco præalleg.sequitur glo. in c.2.de iura.cal. in 6. & in pertractandis.extra eo.ti. Bartol.d.l.qui bona.§.qui alieno. & ibi ceteri. ff. de dam infect.

10 Pater autem in his, in quibus legitimus administrator est,si agat; vel cōueniatur,ipse iurabit.Si autem filius consensu patris litiget, ipse filius,si ætatē

legi-

legitimam habebat, iurabit: vt dicit præ alleg. glo. communiter approbata in hoc, vt refert Salyc. d. l. 2. §. quod obseruari. col. 2. C. de iura. calum.

11 Sed licet procurator iuramenti verba, vt dixi, in animam sui principalis concipiat, nisi ab ipso quoque iuramentum exigatur; tamen administratores præfati iuramenti verba non in personam minoris, vel vniuersitatis, aut filii, pro quibus agunt, sed in eorum propriã concipiunt, & ex eorum crudelitate iurat, vt dicit tex. d. §. quod obseruari ibi eo, quòd ex animi sui sententia iurent quem ad hoc notant ibi Bar. & Bal in prin. glo. d. c. tibi domino. 63. dist. in verb. iurare.

12 Quid autem contineatur sub iuramento calumniæ, gloss. d. §. quod obseruari. explicat quatuor carminibus. Primum est, quòd non causa calumniandi agit, vel resistit, sed quia lis sibi videtur iusta. secundũ, quòd probationem non exigit, nisi quã pro veritate necessario putabit exigendam. tertiũ, quod nihil dedit, aut promisit, dabit, vel promittet iudicibus, vel alicui alteri personæ, vt iniusta sententia detur. quartum, quòd calumniandi animo aliquam dilationem non petet: vt latius ibi Saly. declarat, quibus statutum nostrũ quintum addidit, nempe quòd pactum de quotalitis nõ fecerit. d lib. 1. c 66.

De positionibus, & de confessis. Cap. IIII.

1 *Articuli à positionibus in quo differant.*

2 *Articulus quid sit & quotuplex, & quare sic appellatur.*

Po-

Positio vna plures articulos continere potest. ibid.
3 Positiones quo tempore actor debeat exhibere in ordinarijs.
4 Positionum productio an requirant necessario partis aduersæ citationem ad effectum de quo hic.
Forma citationis in productione positionum. ibid.
5 Positionum imperfectarum productio, & ea quæ fit in albo folio, nullius est valoris.
6 Positionum tenor elicitur ex libello, & si quid circunstantiale omissum sit, id poni poterit in positionibus.
7 Clausula non se astringens ad probationem superfluorum, ad quid vtilis.
8 Positio explicita vera & simplex esse debet, vt reus explicite respondere teneatur.
9 Positionibus implicitis & obscuris reus non tenetur respondere.
Positiones medio iuramento actoris dari debent. ibi.
10 Articulis per modum exceptionum datis reus respondere non tenetur, sed si fuerit illis responsio facta, valeret.
Positionibus respondens si timeat eas esse captiosas, qualiter protestari debeat. ibid.
11 Protestatio ne detur copia positionum aduersario antequam responderit.
12 Positionibus quibus personis liceat consulto & deliberate respondere.
Ciuis omnis prudens non est, neque omnis rusticus indiscretus ibid.
13 Contumax positionibus non respondens quam pœnam ferat.
Forma monitorij de respondendo positionibus. ibid.

14 Reo

14 *Reo cessante positionibus respondere quid agat iudex.*
Forma citationis ad habendum reum pro confesso. ibid.
15 *Reus, qui cessauerit positionibus respondere, quomodo & quando contumaciam purgare possit.*
Positionibus potest etiam absente parte responderi de iure municipali, secus de iure communi. ibid.
16 *Appellare licet à pronuntia de habendo quem pro confesso.*
17 *Pronuntia de habendo pro confesso non officit cessatin in his, quibus non erat respondendum de iure.*
Positionibus, quæ congruis qualitatibus carent, nihil obest non respondisse. ibid.
Verba enuntiatiua cum dispositiuis mixta per verbum, credo, non videntur affirmata. ibid.
18 *Quibus positionibus respondere teneatur reus, & quibus non, remissiue.*
19 *Ambigua, & obscura responsio non admittitur, & num. 20.*
21 *Cautela vt etiam implicitæ positioni quis respondere teneatur.*
22 *Positioni implicitæ facta responsio valet, & tenet pro eo dumtaxat, quod in ea sit affirmatum, vel negatum.*
23 *Procurator quo casu, & quali mandato possit pro domino respondere positionibus. & nu. 24.*
25 *Positionibus rei actor quoque respondere cogitur, quandocunque ante conclusionem exhibeantur.*
26 *Iudex in deductis ante conclusionem in causa potest etiam post conclusionem quamlibet partem interrogare.*
27 *Iudex interrogandi partes in summarijs causis longe maiorem facultatem habet, quam in ordinarijs.*

28 *Credit verbum, sublata differentia credulitatis, & veritatis pro confessione, & non credit, pro negatione habetur.*

29 *Reo pro confesso habito quid agendum.*

30 *Negans fraternitatem & alia de quibus hic, qua pœna mulctetur. & nu. 31.*

1 POsitiones ab articulis in hoc manifeste differunt quòd qui ponit, affirmat id, quod ponit: qui articulat, dicit non tamen affirmatiue ponit. vt dicit Phili. Franc. c. fi. in. 2. nota. de iure iur. in 6. Penes quem, & alios ibi per eum relatos alias differentias videre poteris. Hodie tamen nomina hæc pene ab omnibus confunduntur: nam fere per hęc verba concipiuntur tam articuli, quàm positiones. Item ponit, & dicit, & quatenus opus sit probare intendit. Pauci enim positiones ab articulis diuidunt.

2 Ceterum quid sit articulus, quotuplex sumatur, & quare in hac materia appellentur articuli, tradit gloss. c. præsentium. in verbo, articulis. & ibi Io. And. de testi. in 6. Quo in loco aduertit Philip. Franc. in prin. in 5. not. quòd vna positio plures articulos continere potest; si pars non opponat: aut Iudex non reiiciat, ibi videbis.

3 Si igitur actor, vt se in aliquibus ab onere probandi eximat, quærit vt aduersarius de facto informatus suis positionibus respondeat iux. c. statuimus. de confess. quandocunque ante lapsum tertiæ dilationis statutariæ, parte citata ad videndum productionem possitionū, siue articulorum, videndū illas, siue illos admitti, facta per mandatarium relatione, in iudicio cōparere debet, & rei contumacia accusata posi-

positiones exhibere.lib.1.c.68.
4 Hinc probabiliter dubitari posset,si reo nō citato actor positiones ante lapsum tertiæ dilationis in actis dedisset,& post lapsum illius pro responsione instaret,an per talem exhibitionem dici posset statuto satisfactū,vt reus respondere cogatur? Pro parte negatiua faciūt.l.de vnoquoque.ff.de re iud.l. nā ita diuus.ff.de adoptio.l.tres denūtiationes. C.quomodo & quan.iud.Clem.sępe.de verb.signif. cum concor.actus enim vt valeant,pręsentibus,aut citatis his,quorum interest,fieri debent. Pro parte vero affirmatiua est doctrina Bal.l.si quando.q.vlt.C.de testib.vbi dicit, quòd licet quo ad effectum nocendi, instrumenti productio aliàs non teneat; quàm si parte citata fiat;tamen quo ad productionē simplicē, & vt satisfiat termino productionis, satis est quòd producantur sine citatione,quem ibi sequitur Saly.q.9.&idem dicit Bal.l.1.C.quando libel.prin. datus.qui considerat,quòd quando statutum, prout est in casu nostro,requirit productionē, tunc ex sola productione absque citatione statuto satisfit per tex.l.miles.§.sexaginta.ff.de adul.qui tex.est. nota. ad hoc. Et dicit Felyn.c.2.n.31.vers.quarto, quæritur vtrū solemnitas,extra de test. quòd præallegata verba Bal.aurea sunt.Faciunt etiā dicta per Hypp. sin.30.tu scis.dum limitat regulam.d.l. de vnoquoque.cum conc. In casu, quando pars etiam citata non potuisset se opponere, & actum impedire, sed statutum prædictum. cap. 68. litem dirimit; nam in exhibitione partis citationem requirit.
5 Consueuerunt quidam, vt huic statuto satisfacerent imperfectas positiones exhibere,& illas sibi ad

corrigendum restitui facere, & quandoque etiã nihil, nisi folium album producere, quos nihil agere semper existimaui: cum statutum actum verum, & perfectum, requirat, vt ex eo colligi licet. casus autem fictus vero non æquipollet, vt dicit Sarnen. in reg. de impetran. per obitum fam. Card. q. 5.

6 Quid autem continere debeant articuli, & positiones, ex libello, siue petitione eliciet patronus. glo. Clem. sępe. in verb. formari. de verb. sign. Bal. l. 2. §. quod obseruari. C. de iuram. calum. Et si quid in libello de circunstantiis omissum sit, in positionibus, & articulis poni poterit, glo. l. 1. §. siquis argentum. ff. deposit. Alex. ad Bart. l. 1. §. idem scribit Neratius ff. eo. tit. deposi. Bal. & ceteri. l. edita. C. de eden.

7 Vnum admoneo tyronem, vt protestationem de se non astringendo ad onus superfluæ probationis, sed tantum ad probandum ea, quæ sibi ad victoriã suæ causę sufficiant, in prooemio, vel saltem in fine articulorum omnino apponat; quoniam, si eam nõ apponeret, videretur se astrinxisse ad probandum omnia in positionibus & articulis contenta, etiam si illa aliàs necessaria nõ essent, gl. l. circa. & ibi doct. ff. de prob. Paris. cons. 65. n. 8. vol. 1. Et ideo dicebat Bar. d. l. circa. & l. diuus. & ibi Alex. ff. de re iud. & idẽ Bal. l. actor. in fi. C. eo. tit. de probat. vbi additio dat concor. quòd hęc clausula, non se astringẽs, quæ omnem ambiguitatẽ tollit. omnino apponenda est.

8 Rursus admoneo patronum, vt si vult responsum clarum à reo habere, vel ipsum pœna, de qua in fine huius cap. irretire, explicitam, veram, & simplicem positionẽ, & de vnaquaq; re distinctã faciat: alioqui nihil aget; vt infra hoc eodẽ c. dicam vers. & ideo.

Da

9 Dabit etiam actor per se ipsum, si pręsens sit, sin autem ipsius actoris procurator, vt dixi supra de iuramento calumniæ, has positiones medio iuramento, asserendo se credere contenta in eis vera esse, lib. 1.c.68. vt temporis compendium faciat. Nam reus citatus hanc materiarum in positionibus, & articulis contentarum declarationem medio iuramento principalis faciendam petere posset, ex statuto prędicto, & aliàs respondere non cogeretur. Rot. decis. 31. voluerunt, & ordinauerunt, aliàs de seq poss. & fruct 3. in no.

10 Animaduertendum quoque est, quòd si actor per modum exceptionum articulos daret, reus illis respondere cogi non posset: qui enim interrogat, ponere, & positum dispositiue asserere debet, vt dicit statutum prędictum, & iuri communi consonũ est, ne alias reus, & actor ad imparia iudicentur. Rot. d. decis. 31. aliàs de seq. poss. & fruct. 3. in not. Iaſ. post Paul. l. iudices. C. de iud. Franc. c. 1. col. 2. vers. & ex hoc determinat post glos. ibi de confess. in. 6. Sequitur & Maranta in suo Spec. Aduoc. in 4 actu. 2. partis iudicialis nu. 6. Si tamen negligentia sui procuratoris reus articulis excipiendo datis responderet, responsio teneret, & confessio præiudicaret, vt monent Domi. de Rota, & Franc. vbi supra. ideoq; rei procurator antequam suum principalem respõdere faciat, petere debet à iudice, vt ipse videat, vtrum positiones, siue articuli dispositiue, & affirmatiue dati sint, & tã de hoc, quàm etiã, quòd si aliquę sint impertinẽtes, captiosæ, implicitæ positiones, aut aliàs tales, quibus de iure respõdere nõ cogatur, quòd illis non censeatur responsum, in actis dilucide

protestari. Franc.d.c.fin.col.5.vers.3.limit. de confess. in 6. quam protestationem validam esse puto ex statuto prędicto.c.68.

11 Protestabitur etiam actor in productione positionũ, quòd reo copia non detur, nec procuratori illius, aut cuiuis alteri pro eo ostendantur, nisi facta responsione. Nam à reo instructo responsum quærere, plerumque frustatorium esse. Et hæc protestatio, valida est, ex statuto prædicto, & iure communi, & releuans. glo. l. 2. in prin. in vers. vtriusque. C. de iura. cal. Spec. tit. de positione. vers. non enim debet pars. cum seq. Alex. l. 2. n. 4 vers. quæ etiam. C. de eden. Franc. c. pręsentium. §. testes q. 3. de testib. in 6. & d.c. 1. & 2. de confess. in 6.

12 Hæc autem responsio à parte secreto fieri debet. Nisi forte personę à quibus responsum desideratur, essent adeò indiscretę, vt illarum defectus de iudicis licentia per aduocatum suppleri deberet. c. pastoralis. extra de iud. quod in valde rustico, & rerũ imperito, aut prodigo, vel alias egente alieno auxilio exemplificant ibi Abb. & Dec. & ita intelligi debere dictum Soz. l. 1. col. 4. in prin. ante n. 9. ff. de vulg. & pupill. iudicatum vidi. Non enim omnis ciuis est prudens, neque omnis rusticus ignarus, & indiscretus, vt dicunt Abb. & Dec. vbi sup. vel nisi factum alienum, de quo se omnino informare, vel super eo deliberare per se, & incontinenti non posset, positiones continerent. Franc. d.c. 1. col. 3. vers. in eadem glos. ibi, ad factum alterius, de confess. in 6. vbi & multa alia scitu digna notantur.

13 Exhibitis, vt dixi, positionibus actoris procurator monitoriũ impetret à Iudice, reumque moneri faciat,

ciat,quatenus infra triduum debeat poſitionibus in actis exhibitis ſimpliciter per verbū,credit,vel,non credit,ſufficienter,& iuxta ſtatutorum formam reſpondiſſe,cum comminatione, quòd, ſi reſpondere ceſſauerit,habebitur pro cōfeſſo,prout ſibi deterius erit, & iuxta formam ſtatutorum, quod ſtatutum eſt,vt ſæpius dixi.c.68. Qnod quidem monitorium contra reū perſonaliter, ſi eius copia haberi poterit ſin autē,domi copiā dimiſſa exequi debet,lib.1.c.51.

14 Diebus in monitorio contentis elapſis,& reo cōtumace exiſtente,citabitur tā ipſe,quàm eius procurator, ſi procuratorem habeat,in ſcriptis;cū titulo cauſæ perſonaliter,aut copia dimiſſa (vt infra dicetur de citatione ad ſententiam) ad videndum pronuntiari articulos haberi pro confeſſatis, & ipſum reum haberi pro confeſſo iuxta formā ſtatutorum, factaque per mandatarium relatione in ſcriptis, & rei contumacia accuſata, iudex petente actore pronuntiabit articulos haberi pro cōfeſſatis, & reū pro confeſſo iuxta formā ſtatutorū,quandoque niſi per totam audientiam, quandoque niſi ad primam, & quandoque cū intimatione,& quādoque ſine,prout videri maiorē,vel minorem citati contumaciā eſſe.

15 Sed ſi reus ante lapſum termini cōminati cōpareat ſuā contumaciā purgaturus,admittetur factā illico reſpōſione ſimpliciter,& explicite,vt d.c.68.& refertis expēſis cōtumaciç iſti⁹ actus, ad cōtumaciç purgationē admittetur; qua die elapſa vlteri⁹ad cōtumaciç purgationē nō admittetur: ſed pro cōfeſſo prout illi deteri⁹ fuerit habebitur,ex ſtatuto pdicto.

Hęc reſponſio,ad hoc vt reſpondentem afficeret, iure cōmuni præſente parte fieri debere ad l. fi. cū

nota.ff.de interro. actio.l. certum. §. siquis absente ff.de confess. sed statutum voluit etiam parte absente valere.dic.68.

15 Post pronuntiam de habendo pro confesso, seu lapsum termini in pronuntia appositi, non admittitur reus amplius ad moræ purgationem, vt dictũ est licet possit ab illa pronũtia appellare: & in causa appellationis docere de iniustitia pronuntię probando rem, & factum aliter se habere, quàm in positionibus contineatur. Bald.l.1.C. quorum appell. non recip. Philip. Franc.c.fi.qui alios refert de confess.in 6.& melius. c.cum speciali.§.porro.in 4.col. extra de appell. Quicquid videatur tenere. Dec. consi.34.col.1.vbi sentit hãc esse interlocutoriam, & ab ea omnino appellare non licere.

17 Sciendum tamen est, quòd, si positiones continerent aliquem articulum, cui de iure reus respondere cogi non posset, quamuis ad causam faceret, reus super illo pro confesso non haberetur: nec talis pronuntia, quo ad illum articulum, noceret. ex statuto predicto lib.1.c.68.vbi disponitur contumacem haberi pro confesso, super quibus de iure respondere tenetur quod & iuri communi consonum est. Phili. Fran.c fi.col.6.ver.& scias. de confess.in 6.

Notandum quoque est, quòd si esset aliqua positio, vel articulus, qui in curia fabricantes die, tempore, loco, aut aliqua necessario requisita qualitate careret, quòd decretum de habendo reũ super talibus positionibus pro cõfesso nihil actori prodesset, quia quemadmodũ illa qualitate nõ probata actor obtinere nõ potuisset. ita positione ꝓ cõfessata habita obtinere nõ poterit. Bal.l.1.in.fi.C.si.plures vna sēt.

Item

Itē est notandū, quod verba enunciatiua cū dispositiuis in positione mixta nō vidētur per reū affirmata, licet ipse simpliciter credere respōderit, de quo per Mathes. nota. 33. nota. quod si in positione.
18 Quibus autem positionibus respondere reus, & quibus nō teneatur, late ponitur per gloss. & Philip. Franc. d. c. fin. de confe. &c. præsentium de testi. in 6. per. Card. Clem. sæpe. §. interrogabit. de vrb. sig. per Bar. Bal. & alios l. ii. §. quod obseruari. C. de iuramen. calum. per. Bar. l. si. duo patroni. §. idem Iulia. ff. de iure iuran. per Specu. de positio. & iur. calum. ad quæ, & alia loca communia is, qui amplius de his scire cupit, recurrat.
19 Simpliciter tamen, & pure, qui positionibus respondet, siue actor, siue reus sit, respondere tenetur. lib. 1. c. 68. ex quo verbo simpliciter in statuto apposito probatur non licere interrogato responsum ambiguum, vel cum aliqua qualitate anexum, ex qua responsum redderetur obscurum, vel inualidum, dare: sed simpliciter an credat, vel nō credat, respōdere debet. Bal. l 1. in prin. C. de ædil. actio. Bartol. Pau. Alex. Ias. Soc. & alii moderniores. l. 1. §, siquis simpliciter. in prin. ff. de. verb. oblig.
20 Et ideo superius admonuerā patronum actoris, vt positionem explicitam, & simplicem faceret, ne, dum quærit cum implicita positione reum inuolue re, suum clientem eludat: nam si reus positionem implicitam, vel in parte veram, in parte falsam videt, simpliciter dicendo, nō credit vt ponitur, se ab onere eximet, & à iure tuebitur. quia quamuis occa sione partis falsę totā positionem licite reus negare non possit, secundum magis communem opin. de

qua

qua per Bart. Pau. Alex. Aret. & Isa. d. l. 1. §. si stipulanti, ff. de. vrb. oblig. quicquid tenuerit gloss. d. c. fin. de cōfess. in 6 in glos. magna & Bart. d. §. obseruari. & alii, quos refert Philip. Franc. d. c. fin. col. 4. in fi. & Cagno. l. non potest videri improbus. ff. de reg. iur. Tamen dicendo, vt ponitur, responsio impugnari non potest, licet respondens non sit tutus à periurio, vt dicunt Doct. in locis præalleg.

21 Datur tamen formanti positionem cautela, vt si omnino super singulis vult responsum habere, in fine cuiuslibet positionis adiiciat. Et si non credit de tanto, dicat de quanto, idest si non credat totam positionem, dicat quam partem positionis veram credit. Ias. de. l. 1. §. si stipulanti. nu. 10 ad fi. ff. de verb. obl. Cagno. d. l. non potest. ff. de reg. iur.

22 Quòd si multiplici positioni, idest quæ plures articulos contineret, vt puta Titium vixisse, Sempronium illi mutasse centum, Mæuium conuentum Titii esse hæredem, Mæuius reus responderet, credere se Titiū vixisse, quamuis ceteris huius positionis articulis explicite non respondisset, reliqua negasse, & non credidisse censebitur. Et ex contrario, si vnum ex præpositis negaret, cetera affirmasse credetur. Phil. Franc. d. c. fi. col. 5. versi. aduerte de confess. in 6. Mathesi. nota. 77. nota quòd positio sed tibi Mathesil. quantum ad reliqua non expressa tenet oriri præsumptionem, & semiplenam, non etiam plenam probationem.

23 Hæc de presentibus dicta sunt. ceterum si hi, quorum responsiones desiderantur, absentes tempore cœptæ litis fuerit, vel post motum iudiciū sine fraude abesse cœperint, si per quadraginta milliaria, aut

aut vltra absentes sint, nec de proximo ad vrbem rédituri existimentur, de qua absentia procurator suo iuramento fidem faciat: tunc procurator legitimus, si plene se instructum iurauerit, ad respondendum, & ad respondendum mandatum saltem Generale habeat, admittitur. d. lib. 1. c. 68.

24 Si vero is, qui respondere tenetur, per calumniā absit, & is, qui responsum desiderat, dicat dominum legaliorem, & eius omnino responsum affectet, Notarius sumptibus absentis destinandus est. d. lib. 1 c. 68. glos. & Bart. l. 2. §. fi. in fin. ff. quib. ex cau. in poss. ea. Philipp. Franc. post Dom. d. c. pręsentium. col. 6. in prin. de test. in 6. In hoc enim statutum antiquū d. c. 58. correctum non arbitror: quia statutū, quòd est. d. lib. 4. cap. 13. de eo loquitur, qui sine fraude abest, vt prædixi.

25 Hæc omnia, quæ dicta sunt de reo, vt respondere cogatur, & cessans habeatur pro confesso, vel illi interim audientia denegetur, locum habent in actore. d. lib. 1. cap. 68.

26 Sed si iudex ex suo officio partem interrogare, vellet, tunc posset etiam post conclusionem, c. cū Ioannes extra de fide instr. vbi Doct. Clem. sæpe versic. interrogabit. & ibi Card. de verb. signi. & est communis opin. secundum Hipp. de Mars. qui cumulat hoc tenentes, sing. suo 155. doctrina, ac conclusio. Qui declarat, & limitat hoc verum esse, si Iudex velit super his, quæ in iudicio ante conclusionem deducta sint, interrogare: vt eo casu possit: non autem super nouis ante conclusionem non deductis.

27 Et prędicta de causis ordinariis, de quibus loquimur, dicta esse intelligas. Nam in summariis tū ad

partis

partis inſtantiam,ſiue actor,ſiue reus ſit,qui petat; cùm etiã ex ſuo officio Iudex& tam ante,quàm poſt concluſionem in cauſa(ſi eam fieri contingat) partem interrogatam reſpondere cogere poterit, d.c. cũ Ioannes.in fi de fid.inſtr.&d.Clem ſępe.verſ.interrogabit de verb.ſignif.gloſ.c.2.in 1.gloſſ.extra de offic.iud.& l.vbicunque.ff.de interrog.actio.

28 Et quamuis iure communi inter credulitatis, & veritatis reſponſum differentia cõſtituatur,&quandoque quis pręciſius, quàm credo, reſpondere cogi poſſit,vt legitur,& not.d.c.2.de confeſſ.lib.6.& per Franc.d.c.præſentium,de teſt.eo.lib.6.Attamẽ hoc noſtro municipali iure deciſum eſt, vt reſponſio, credit,habeatur pro confeſſione, & non credit, habeatur pro negatione.d.lib.1.c.63.

29 Poſtquam reus contumax in reſpondendo poſitionibus pro conceſſo habitus fuerit cauti patroni conſueuerunt expectare,vt decretum in iudicatum tranſeat,vt reus à remedio appellationis,per quod, vt dixi,ſibi conſultum eſſe poterat: excludatur: ſicque elapſis diebus octo à ſtatuto ad appellandum datis,lib.1 c.168. reum, & illius procuratorem ad ſententiam(vt infra de citatione ad ſententiam dicetur)citari facient: quia aliàs ſine citatione, etiam quòd habeatur pro confeſſo,condemnatio fieri non poſſet.Philip.Franc.poſt alios, d.c.2.col.7.verſ.in gloſſ.in fi.de confeſſ.in 6. Sed hoc verum, ſi actoris intentio circa reliqua ſit plene fundata: ceterum ſi adhuc aliqua verificãda remanerent,illa eſſent ante ſententiam omnino verificanda,vt ibi dicitur.

30 Supereſt,vt admoneam,quòd reus,qui poſitionibus reſpondens negat filiationem,maternitatẽ,frater-

ternitatem, matrimonium, dignitatem, officium, tabellionatum, communionem, mortem, vel vitã alicuius, & contrarium fuerit probatum, in certa pecuniarum quantitate, fisco, & parti applicanda, condemnari debet. Et si condemnationem hanc Iudex requisitus tẽpore ferendę sententię facere cessset, de suo tenetur, ex statuto lib. 1. cap. 69.

31 Sed & si quis interrogatus neget petitam per ipsum summam sibi fuisse à reo satisfactam, idest positioni continenti satisfactionem non credere responderit, & satisfactio per testes probetur, si is, qui non credere responderit, si is, cui satisfactum probetur, certa pecunia mulctari debet, fisco, & parti applicanda. d. cap. 69.

De admisione articulorum, & testium examine. Cap. V.

1 *Forma citandi reum in productione articulorum.*
2 *Testium nomina an sint edenda.*
3 *Interrogatoria quando dari debeant.*
4 *Testium iuramenta parte citata recipi debent, alioqui iuramentum & examen est inualidum, exceptis casibus hic notatis, remissiue.*
5 *Testes quando iurasse præsumantur iure isto.*
Receptio iuramentorũ testium potest cõmitti Notarijs ibi.
Testes iurare debent semel tantum: ideoque iuramentum iure isto trahitur ad tempus commissionis, etsi iurent tempore examinis. ibid.
6 *Articulorum admissio (quidquid dixerint nonnulli) necessario cum partis citatione requiritur iure isto.*

Ar-

28 *Credit verbum, sublata differentia credulitatis, & veritatis pro confessione, & non credit, pro negatione habetur.*

29 *Reo pro confesso habito quid agendum.*

30 *Negans fraternitatem & alia de quibus hic, qua pœna mulctetur. & nu. 31.*

1 POsitiones ab articulis in hoc manifeste differunt quòd qui ponit, affirmat id, quod ponit: qui articulat, dicit non tamen affirmatiue ponit. vt dicit Phili. Franc. c. fi. in. 2. nota. de iure iur. in 6. Penes quem, & alios ibi per eum relatos alias differentias videre poteris. Hodie tamen nomina hæc pene ab omnibus confunduntur: nam fere per hęc verba concipiuntur tam articuli, quàm positiones. Item ponit, & dicit, & quatenus opus sit probare intendit. Pauci enim positiones ab articulis diuidunt.

2 Ceterum quid sit articulus, quotuplex sumatur, & quare in hac materia appellentur articuli, tradit gloss. c. præsentium. in verbo, articulis. & ibi Io. And. de testi. in 6. Quo in loco aduertit Philip. Franc. in prin. in 5. not. quòd vna positio plures articulos continere potest; si pars non opponat: aut Iudex non reiiciat, ibi videbis.

3 Si igitur actor, vt se in aliquibus ab onere probandi eximat, quærit vt aduersarius de facto informatus suis positionibus respondeat iux. c. statuimus. de confess. quandocunque ante lapsum tertiæ dilationis statutariæ, parte citata ad videndum productionem possitionū, siue articulorum, videndū illas, siue illos admitti, facta per mandatarium relatione, in iudicio cōparere debet, & rei contumacia accusata

posi-

positiones exhibere.lib.1.c.68.

4 Hinc probabiliter dubitari posset,si reo nõ citato actor positiones ante lapsum tertiæ dilationis in actis dedisset,& post lapsum illius pro responsione instaret,an per talem exhibitionem dici posset statuto satisfactũ,vt reus respondere cogatur? Pro parte negatiua faciũt.l.de vnoquoque.ff.de re iud.l. nã ita diuus.ff.de adoptio.l.tres denũtiationes. C.quomodo & quan.iud.Clem.sępe.de verb.signif.cum concor.actus enim vt valeant,pręsentibus,aut citaris his,quorum interest,fieri debent.Pro parte vero affirmatiua est doctrina Bal.l.si quando.q.vlt.C.de testib.vbi dicit, quòd licet quo ad effectum nocendi, instrumenti productio aliàs non teneat; quàm si parte citata fiat;tamen quo ad productionẽ simplicẽ, & vt satisfiat termino productionis, satis est quòd producantur sine citatione,quem ibi sequitur Saly.q.9.&idem dicit Bal.l.1.C.quando libel.prin. datus.qui considerat,quòd quando statutum, prout est in casu nostro,requirit productionẽ, tunc ex sola productione absque citatione statuto satisfit per tex.l.miles.§. sexaginta.ff.de adul.qui tex.est. nota. ad hoc.Et dicit Felyn.c.2.n.31.vers.quarto, quæritur vtrũ solemnitas,extra de test. quòd præallegata verba Bal.aurea sunt.Faciunt etiã dicta per Hypp. sin.30.tu scis.dum limitat regulam.d.l. de vnoquoque.cum conc. In casu, quando pars etiam citata non potuisset se opponere, & actum impedire, sed statutum prædictum. cap. 68. litem dirimit; nam in exhibitione partis citationem requirit.

5 Consueuerunt quidam, vt huic statuto satisfacerent imperfectas positiones exhibere,& illas sibi ad

corrigendum restitui facere,& quandoque etiã nihil,nisi folium album producere, quos nihil agere semper existimaui:cum statutum actum verum, & perfectum,requirat, vt ex eo colligi licet. casus autem fictus vero non æquipollet, vt dicit Sarnen.in reg.de impetran.per obitum fam. Card.q.5.

6 Quid autem continere debeant articuli, & positiones,ex libello,siue petitione eliciet patronus.glo. Clem.sępe.in verb.formari.de verb.sign.Bal.l.2.§. quod obseruari.C.de iuram.calum. Et si quid in libello de circunstantiis omissum sit,in positionibus, & articulis poni poterit,glo.l.1.§.siquis argentum. ff.deposit. Alex.ad Bart.l.1.§.idem scribit Neratius ff.eo.tit.deposi. Bal.& ceteri.l.edita. C.de eden.

7 Vnum admoneo tyronem,vt protestationem de se non astringendo ad onus superfluæ probationis, sed tantum ad probandum ea, quæ sibi ad victoriã suæ causę sufficiant,in proœmio, vel saltem in fine articulorum omnino apponat;quoniam, si eam nõ apponeret, videretur se astrinxisse ad probandum omnia in positionibus & articulis contenta, etiam si illa aliàs necessaria nõ essent,gl.l.circa.&ibi doct. ff.de prob. Paris.cons.65.n.8.vol.1. Et ideo dicebat Bar.d.l.circa.& l.diuus.& ibi Alex.ff.de re iud. & idẽ Bal. l.actor.in fi.C.eo.tit.de probat.vbi additio dat concor.quòd hęc clausula,non se astringẽs,quæ omnem ambiguitatẽ tollit.omnino apponenda est.

8 Rursus admoneo patronum,vt si vult responsum clarum à reo habere,vel ipsum pœna,de qua in fine huius cap.irretire,explicitam,veram, & simplicem positionẽ,& de vnaquaq; re distinctã faciat:alioqui nihil aget;vt infra hoc eodẽ c.dicam vers. & ideo.

Da

9 Dabit etiam actor per se ipsum, si pręsens sit, sin autem ipsius actoris procurator, vt dixi supra de iuramento calumniæ, has positiones medio iuramento, asserendo se credere contenta in eis vera esse, lib. 1.c.68.vt temporis compendium faciat. Nam reus citatus hanc materiarum in positionibus, & articulis contentarum declarationem medio iuramento principalis faciendam petere posset, ex statuto pręditcto, & aliàs respondere non cogeretur. Rot.decis. 31.voluerunt, & ordinauerunt, aliàs de seq poss. & fruct 3.in no.

10 Animaduertendum quoque est, quòd si actor per modum exceptionum articulos daret, reus illis respondere cogi non posset: qui enim interrogat, ponere, & positum dispositiue asserere debet, vt dicit statutum pręditcum, & iuri communi consonũ est, ne alias reus, & actor ad imparia iudicentur. Rot. d. decis. 31. aliàs de seq.poss.& fruct. 3. in not. Iás. post Paul.l.iudices.C.de iud.Franc.c. 1.col.2. vers. & ex hoc determinat post glos.ibi de confess.in.6. Sequitur & Maranta in suo Spec.Aduoc.in 4 actu. 2. partis iudicialis nu.6. Si tamen negligentia sui procuratoris reus articulis excipiendo datis responderet, responsio teneret, & confesio præiudicaret, vt monent Domi.de Rota, & Franc. vbi supra. ideoq; rei procurator antequam suum principalem respõdere faciat, petere debet à iudice, vt ipse videat, vtrum positiones, siue articuli dispositiue, & affirmatiue dati sint, & tã de hoc, quàm etiã, quòd si aliquę sint impertinẽtes, captiosæ, implicitæ positiones, aut aliàs tales, quibus de iure respõdere nõ cogatur, quòd illis non censeatur responsum, in actis dilucide

protestari. Franc. d. c. fin. col. 5. vers. 3. limit. de confess. in 6. quam protestationem validam esse puto ex statuto prędicto. c. 68.

11 Protestabitur etiam actor in productione positionũ, quòd reo copia non detur, nec procuratori illius, aut cuiuis alteri pro eo ostendantur, nisi facta responsione. Nam à reo instructo responsum quærere, plerumque frustatorium esse. Et hæc protestatio, valida est, ex statuto prædicto, & iure communi, & releuans, glo. l. 2. in prin. in vers. vtriusque. C. de iura. cal. Spec. tit. de positione. vers. non enim debet pars. cum seq. Alex. l. 2. n. 4. vers. quæ etiam. C. de eden. Franc. c. pręsentium. §. testes q. 3. de testib. in 6. & d. c. 1. & 2. de confess. in 6.

12 Hæc autem responsio à parte secreto fieri debet. Nisi forte personę à quibus responsum desideratur, essent adeò indiscretę, vt illarum defectus de iudicis licentia per aduocatum suppleri deberet. c. pastoralis, extra de iud. quod in valde rustico, & rerũ imperito, aut prodigo, vel alias egente alieno auxilio exemplificant ibi Abb. & Dec. & ita intelligi debere dictum Soz. l. 1. col. 4. in prin. ante n. 9. ff. de vulg. & pupill. iudicatum vidi. Non enim omnis ciuis est prudens, neque omnis rusticus ignarus, & indiscretus, vt dicunt Abb. & Dec. vbi sup. vel nisi factum alienum, de quo se omnino informare, vel super eo deliberare per se, & incontinenti non posset, positiones continerent. Franc. d. c. 1. col. 3. vers. in eadem glos. ibi, ad factum alterius, de confess. in 6. vbi & multa alia scitu digna notantur.

13 Exhibitis, vt dixi, positionibus actoris procurator monitoriũ impetret à Iudice, reumque moneri faciat,

ciat,

ciat,quatenus infra triduum debeat poſitionibus in actis exhibitis ſimpliciter per verbũ,credit,vel,non credit,ſufficienter,& iuxta ſtatutorum formam reſpondiſſe,cum comminatione, quòd, ſi reſpondere ceſſauerit,habebitur pro cõfeſſo,prout ſibi deterius erit, & iuxta formam ſtatutorum, quod ſtatutum eſt,vt ſæpius dixi.c.68. Quod quidem monitorium contra reũ perſonaliter, ſi eius copia haberi poterit: ſin autẽ,domi copiã dimiſſa exequi debet,lib.1.c.51.

14 Diebus in monitorio contentis elapſis,& reo cõtumace exiſtente,citabitur tã ipſe,quàm eius procurator, ſi procuratorem habeat,in ſcriptis:cũ titulo cauſæ perſonaliter,aut copia dimiſſa (vt infra dicetur de citatione ad ſententiam) ad videndum pronuntiari articulos haberi pro confeſſatis, & ipſum reum haberi pro confeſſo iuxta formã ſtatutorum, factaque per mandatarium relatione in ſcriptis, & rei contumacia accuſata, iudex petente actore pronuntiabit articulos haberi pro cõfeſſatis, & reũ pro confeſſo iuxta formã ſtatutorũ,quandoque niſi per totam audientiam, quandoque niſi ad primam, & quandoque cũ intimatione,& quãdoque ſine,prout videri maiorẽ,vel minorem citati contumaciã eſſe.

15 Sed ſi reus ante lapſum termini cõminati cõpareat ſuã contumaciã purgaturus,admittetur factã illico reſpõſione ſimpliciter,& explicite,vt d.c.68.& refertis expẽſis cõtumaciæ iſti⁹ actus, ad cõtumaciæ purgationẽ admittetur; qua die elapſa vlteri⁹ad cõtumaciæ purgationẽ nõ admittetur: ſed pro cõfeſſo prout illi deteri⁹fuerit habebitur,ex ſtatuto p̃dicto.

Hæc reſponſio,ad hoc vt reſpondentem afficeret, iure cõmuni præſente parte fieri debere ad l. fi. cũ

nota.ff.de interro. actio.l. certum. §. siquis absente ff.de confess. sed statutum voluit etiam parte absente valere.dic.68.

15 Post pronuntiam de habendo pro confesso, seu lapsum termini in pronuntia appositi, non admittitur reus amplius ad moræ purgationem, vt dictũ est licet possit ab illa pronũtia appellare: & in causa appellationis docere de iniustitia pronuntię probando rem, & factum aliter se habere, quàm in positionibus contineatur. Bald.l.1.C. quorum appell. non recip. Philip. Franc.c.fi.qui alios refert de confess.in 6. & melius. c.cum speciali.§.porro.in 4.col. extra de appell. Quicquid videatur tenere. Dec. consi.34.col.1.vbi sentit hãc esse interlocutoriam, & ab ea omnino appellare non licere.

17 Sciendum tamen est, quòd, si positiones continerent aliquem articulum, cui de iure reus respondere cogi non posset, quamuis ad causam faceret, reus super illo pro confesso non haberetur: nec talis pronuntia, quo ad illum articulum, noceret. ex statuto predicto lib.1.c.68. vbi disponitur contumacem haberi pro confesso, super quibus de iure respondere tenetur quod & iuri communi consonum est. Phili. Fran.c fi.col.6.ver.& scias. de confess.in 6.

18 Notandum quoque est, quòd si esset aliqua positio, vel articulus, qui in curia fabricantes die, tempore, loco, aut aliqua necessario requisita qualitate careret, quòd decretum de habendo reũ super talibus positionibus pro cõfesso nihil actori prodesset, quia quemadmodũ illa qualitate nõ probata actor obtinere nõ potuisset. ita positione ꝓ cõfessata habita obtinere nõ poterit. Bal.l.1.in.fi.C.si.plures vna sẽt.

Item

Itē est notandū, quod verba enunciatiua cū dispositiuis in positione mixta nō vidētur per reū affirmata, licet ipse simpliciter credere respōderit, de quo per Mathes.nota.33.nota.quod si in positione.

18 Quibus autem positionibus respondere reus, & quibus nō teneatur, late ponitur per gloss.& Philip. Franc.d.c.fin. de confe. &c.præsentium de testi.in 6.per.Card. Clem.sæpe.§.interrogabit. de vrb.sig. per Bar.Bal. & alios l.ii.§.quod obseruari.C.de iuramen.calum. per.Bar. l.fi.duo patroni.§.idem Iulia.ff.de iure iuran.per Specu. de positio. & iur.calum. ad quæ, & alia loca communia is, qui amplius de his scire cupit, recurrat.

19 Simpliciter tamen, & pure, qui positionibus respondet, siue actor, siue reus sit, respondere tenetur. lib.1.c. 68. ex quo verbo simpliciter in statuto apposito probatur non licere interrogato responsum ambiguum, vel cum aliqua qualitate anexum, ex qua responsum redderetur obscurum, vel inualidum, dare: sed simpliciter an credat, vel nō credat, respōdere debet. Bal.l 1.in prin.C.de ædil.actio. Bartol. Pau.Alex.Ias. Soc. & alii moderniores.l.1.§, siquis simpliciter.in prin.ff.de.verb.oblig.

20 Et ideo superius admonuerā patronum actoris, vt positionem explicitam, & simplicem faceret, ne, dum quærit cum implicita positione reum inuolue re, suum clientem eludat: nam si reus positionem implicitam, vel in parte veram, in parte falsam videt, simpliciter dicendo, nō credit vt ponitur, se ab onere eximet, & à iure tuebitur. quia quamuis occa sione partis falsę totā positionem licite reus negare non possit, secundum magis communem opin. de

qua

qua per Bart.Pau. Alex. Aret. & Isa.d.l.1.§. si stipulanti, ff. de. vrb. oblig. quicquid tenuerit gloss. d. c fin.de cõfess.in 6 in glos.magna & Bart.d.§. obseruari. & alii, quos refert Philip. Franc. d.c.fin col.4. in fi. & Cagno. l. non potest videri improbus. ff. de reg.iur. Tamen dicendo, vt ponitur, responsio impugnari non potest, licet respondens non sit tutus à periurio, vt dicunt Doct. in locis præalleg.

21 Datur tamen formanti positionem cautela, vt si omnino super singulis vult responsum habere, in fine cuiuslibet positionis adiiciat. Et si non credit de tanto, dicat de quanto, idest si non credat totam positionem, dicat quam partem positionis veram credit. Ias.de.l.1.§. si stipulanti.nu.10 ad fi.ff. de verb. obl.Cagno.d.l.non potest.ff.de reg iur.

22 Quòd si multiplici positioni, idest quæ plures articulos contineret, vt puta Titium vixisse, Sempronium illi mutasse centum, Mæuium conuentum Titii esse hæredem, Mæuius reus responderet, credere se Titiũ vixisse, quamuis ceteris huius positionis articulis explicite non respondisset, reliqua negasse, & non credidisse censebitur. Et ex contrario, si vnum ex præpositis negaret, cetera affirmasse credetur. Phil.Franc.d.c.fi. col 5.versi.aduerte de confess.in 6.Mathesi.nota.77.nota quòd positio. sed tibi Mathesil. quantum ad reliqua non expressa tenet oriri præsumptionem, & semiplenam, non etiam plenam probationem.

23 Hæc de pręsentibus dicta sunt. ceterum si hi, quorum responsiones desiderantur, absentes tempore cœptæ litis fuerit, vel post motum iudiciũ sine fraude abesse cœperint, si per quadraginta milliaria,

aut

aut vltra absentes sint, nec de proximo ad vrbem redituri existimentur, de qua absentia procurator suo iuramento fidem faciat: tunc procurator legitimus, si plene se instructum iurauerit, ad respondendum, & ad respondendum mandatum saltem Generale habeat, admittitur. d. lib. 1. c. 68.

24 Si vero is, qui respondere tenetur, per calumniā absit, & is, qui responsum desiderat, dicat dominum legaliorem, & eius omnino responsum affectet, Notarius sumptibus absentis destinandus est. d. lib. 1 c. 68. glos. & Bart. l. 2. §. fi. in fin. ff. quib. ex cau. in poss. ea. Philipp. Franc. post Dom. d. c. pręsentium. col. 6. in prin. de test. in 6. In hoc enim statutum antiquū d. c. 58. correctum non arbitror: quia statutū, quòd est. d. lib. 4. cap. 13. de eo loquitur, qui sine fraude abest, vt prædixi.

25 Hæc omnia, quæ dicta sunt de reo, vt respondere cogatur, & cessans habeatur pro confesso, vel illi interim audientia denegetur, locum habent in actore. d. lib. 1. cap. 68.

26 Sed si iudex ex suo officio partem interrogare, vellet, tunc posset etiam post conclusionem, c. cū Ioannes extra de fide instr. vbi Doct. Clem. sæpe versic. interrogabit. & ibi Card. de verb. signi. & est communis opin. secundum Hipp. de Marsl. qui cumulat hoc tenentes, sing. suo 155. doctrina, ac conclusio. Qui declarat, & limitat hoc verum esse, si Iudex velit super his, quæ in iudicio ante conclusionem deducta sint, interrogare: vt eo casu possit: non autem super nouis ante conclusionem non deductis.

27 Et prędicta de causis ordinariis, de quibus loquimur, dicta esse intelligas. Nam in summariis tū ad

partis

ternitatem, matrimonium, dignitatem, officium, tabellionatum, communionem, mortem, vel vitã alicuius, & contrarium fuerit probatum, in certa pecuniarum quantitate, fisco, & parti applicanda, condemnari debet. Et si condemnationem hanc Iudex requisitus tẽpore ferendę sententię facere cessset, de suo tenetur, ex statuto lib. 1. cap. 69.

31 Sed & si quis interrogatus neget petitam per ipsum summam sibi fuisse à reo satisfactam, idest positioni continenti satisfactionem non credere responderit, & satisfactio per testes probetur, si is, qui non credere responderit, si is, cui satisfactum probetur, certa pecunia mulctari debet, fisco, & parti applicanda. d. cap. 69.

De admissione articulorum, & testium examine. Cap. V.

1 *Forma citandi reum in productione articulorum.*
2 *Testium nomina an sint edenda.*
3 *Interrogatoria quando dari debeant.*
4 *Testium iuramenta parte citata recipi debent, alioqui iuramentum & examen est inualidum, exceptis casibus hic notatis, remissiue.*
5 *Testes quando iurasse præsumantur iure isto.*
Receptio iuramentorũ testium potest cõmitti Notarijs ibi.
Testes iurare debent semel tantum: ideoque iuramentum iure isto trahitur ad tempus commissionis, etsi iurent tempore examinis. ibid.
6 *Articulorum admissio (quidquid dixerint nonnulli) necessario cum partis citatione requiritur iure isto.*

Ar-

Articulorum omnino impertinentium admissio licet cum cognitionis reseruatione in fine litis, fieri non debet ibid.

7 *Clausula, super articulis datis, & tota causa in citatione ad videndum iurare testes, quid operetur.*

8 *Testibus nominatis renuntiare actor non potest, ideo datur ei consilium in nominando.*

9 *Reus contra articulos actoris, & testes nominatos quid opponere possit, & debeat.*

10 *Cautela est, vt contra testium personas opponatur, quando eorum nomina eduntur, & quare.*

Protestans velle testes reprobare non potest post publicationem eorum dictum approbare. ibid.

11 *Exceptiones quædam, quæ testes omnino repellunt, non debent reseruari in fine litis.*

12 *Causidici in formandis interrogatorijs accuratissimi esse debent.*

Interrogatoria formandi artificium excogitari melius, quàm tradi potest. ibid. prope fi.

13 *Interrogatoriorum copia dari non debet.*

14 *Interrogatoria impertinentia refrænari debent à iudice.*

Interrogatoria quæ dicantur impertinentia. ibidem, remissiue.

15 *Notarius examini præpositus testes super interrogatorijs diligenter examinare non omittat.*

Notarius examinator ex officio quædam interrogatoria formare potest, & debet. ibid.

16 *Notario examinatore suspecto quo modo, & quando illi petatur adiunctus in examine.*

17 *Adiuncto in examine petito, quo modo de eo concordandum.*

18 Te-

18 *Testes quando sunt citandi, & quando non.*

19 *Testes etiam captis pignoribus compelli possunt ad deponendum.*

Testes etiam inuiti testificari non coguntur, in subsidium cogi poterunt. ibid.

20 *Notarius in examine morosus punitur vt hic.*

21 *Notarius quomodo, & quo sermone potius conscribere debeat dicta testium.*

22 *Statutum decisorium locum habet vbicunque litigent, qui statuto ligantur.*

Testis dictum sine causa scientiæ non probat. ibid.

Testium dicta explicite & non relatiue scribi debent. nume. 21.

23 *Notarius examinator de causa scientiæ &c. testes interrogare tenetur.*

24 *Testes intra verbis districtum degentes citandi sunt & compellendi ad examen, nisi vt hic.*

25 *Testes accedere debent ad examen sumptibus producentis.*

Testibus rusticis equus ad veniendum ad examen dari non debet. ibid.

26 *Receptio Salarij, testi fidem detrahit.*

27 *Pars, contra quam producuntur testes, expensas testium quo casu contribuere debeat.*

28 *Testes per quantum tempus expectare cogantur in loco, vbi sunt examinandi.*

29 *Contumax sine peremptorio nec dici debet quisquam, nec grauamine affici.*

Peremptorium quid sit, & quando vnica citatio sufficiat pro peremptorio. ibid. remissiue.

30 *Diligentia producentis in quo casu non excuset. ibid.*

Testium numerus. ibidem, remissiue.

Si

SI reus ea quæ pro actoris parte posita,& articulata fuerint,negauerit,vel etiam,si actor absque tali responsione suam intentionem probare velit, tunc actor eundem citari faciat sub hac forma.

1 Coram Illustri domino Senator Ro.(fideicommissi) citetur Liuius Munera ex aduerso principalis,siue Marcellus Formianus illius procurator ad videndum productionem, siue repetitionẽ articulorum,dicendum contra, videndum illos admitti, iurare testes,& illorum iuramenta & examen committi super dictis articulis, & tota causa ad primã diẽ,& dandũ interrogatoria per totã illã,& sequentem dies.Factaque per nuntium relatione,& contumacia accusata,actor producat,siue reproducat positiones,siue articulos tunc seu alias datos,& testiũ nomina edat:& hęc omnia petat recipi, & armitti, & cõmitti Notario receptionem iuramentorum testium,illorumque examen in forma.tunc iudex interloquendo articulos si,& in quantum admittere, & Notario receptionẽ iuramentorum, & examen committere debet:& exinde Notarius adnotare in actis,quòd testes comparuerunt, & iurauerunt.

Formula hæc quo ad citationem ad videndum productionem articulorum, & dicendum contra, elicitur ex statuto.lib.1.cap.59.iuncta.l.de vnoquoque. ff. de re iud. Nam statutum præcipit articulos produci;lex partem citari iubet. de qua re infra latius versi.admissio.

2 Nomina testiũ ex præscripto Curiæ stylo indifferenter eduntur:licet Alex.post Spec.Ioan.And.& Bald.tenuerit non esse edenda, vbi timor subornationis adesset.Alexan.l.1. §.editiones.num. 21. ff.de eden.

eden. de quo infra eodem vers. reus ad prædicta.
3 Super exhibitione interrogatoriorum non est opus, quòd Iudex interloquatur: cum terminus ad illam dandum post habitam copiam sit illius, & sequenti diei, & sine decreto, & iudicis ministerio cur rat. lib. 1. cap. 74.
4 Ad videndum iurare testes requiritur à iure citatio: aliàs iuramenti receptio, & examen non teneret. l. si quando. C. de testib. c. 2. extra eodem. Vbi Felyn. dat quinque ampliationes, & annotat quatuordecim casus, siue limitationes, in quibus testes parte non citata recipi possunt.
5 Testes autem ex antiquo huius fori stylo iurasse tempore, quo eorū nomina eduntur, præsumuntur. Et ideo Notarii post Iudicis decretū apponere consueuerunt illa verba, qui testes comparuerunt, & iurauerunt: & non ab re, quia Iudices receptionem iuramētorum testium Notariis committere possunt. Clem. 1. de offi. deleg. l. iudices. & authen. apud eloquentissimum. vbi Doct. & maximè Salyc. & Ang. in prin. C. de fid. instr. quo fit, vt cum testes tēpore examinis iurent, lib. 1. c. 71. iuramentum ad tempus commissionis retrotrahatur: cum non nisi semel iurare debeant testes, Innoc. c. in literis. extra de testi. Bar. d. l. si quando. C. eo. tit. Bal. l. gesta. C. de re iud. & ambo. l. 2. C. de sacros. eccl. Cum igitur examen ad tēpus iuramenti referatur. Bar. d. l. damni. §. Sabinus n. 8. & ibi additio dat concor. ff. de dam. infec. & d. l. si quando. Alex. ad Bart. l. 2. nu. 1. lectu. C. de testib. cum concor non impertinēter factum est, vt iuramētum ad tempus commissionis referatur: etsi sciam testem inductum, seu nominatum posse tem-

pore præsumpti iuramenti taliter abesse, vt impossibile sit tunc in iudicio comparuisse, Animaduertere tamen debet notarius vt eorum dicta sine iuramento non recipiat, quia si iuramenti præfationem omitteret, ipse pœnam incurreret, & testis non probaret. d. lib. 1. c. 71.

6 Admissio articulorum, circumscripto statuto, de quo statim dicam, omnino requiritur. Et quamuis aliqui tenuerint à iure nō requiri per Rotam decis. 105. valet receptio. aliàs, de testi. 10 & decis. 392. si auditor. aliàs de probat. 12. in no. ea forte ratione, quia iudex procedendo ad receptionem testiū, tacite videtur admittere: nihilominus contraria sententia, quòd admissio requiratur, & parte citata fieri debeat, verior est. Felyn. c. 2. n. 32. extra de testib. post Rot. decis. 93. aliàs de pbatio 8. in no. Phil. Frā. qui dicit citationem, & admissionem requiri. c. præsentium §. testes. q. 1. de testib. in 6. & decisiones Ro. 105. & 392. allegatæ loquuntur in casibus, in quibus termini in Rota seruari soliti seruati fuerāt: & per consequens pars fuerat ad dicendum contra articulos citata, quia inter terminos Rotę est terminus ad articulandū, & dicendum contra articulos: merito igitur videbatur, quòd cū esset discussum su per articulis, vel terminus ad discutiendum lapsus, quòd articuli per processum ad vlteriora censeren tur admissi, & exceptio reiecta, vt de ceteris etiā exceptionibus cognitis dicitur. l a procedente. cū not. C. de dilatio. Remanet igitur, quod citatio ad dicendum contra, & videndum admitti omnino iure cōmuni (appello autem ius commune tam canonum cōstitutiones, quàm legū sanctiones) necessaria sit, licet

licet; quantum ad admissionem attinet, statutū .lib. 1.c.70. prouidere videatur, quòd omnino cẽseantur sine iudicis decreto admissi, disputatione pertinentium, vel impertinentium in fide causę reseruata.

Hic animaduertendum est, quòd si articuli omnino impertinentes essent, tunc disputatio non recte reseruatur, nec deberent simpliciter admitti, Imo.l 2.§.praetor.ait ff.de dam.infec.Ias.l.si duo patroni.§.idem Iulianus.nu.34.ff. de iure iur. Et si de facto admissi essent debe: et pars, contra quam admissi sunt, appellare, sicut à qualibet alia interlocutoria grauamen afferent. Franc.d.c.praesentium.§. testes.q.2 de testi.in 6.

7 Verba illa, quae in citatione apposui, ad videndū iurare testes super articulis datis, & tota causa, ad tollendā difficultatē, si quid forte extra articulum testes deponerent, apponuntur. Bart.l.momentanę. C.qui legi.perso. & d.l.si duo §.idem Iulianus.ff.de iure iur. licet si reperirentur testes simplicier iurasse, tā super articulis, quàm etiā tota causa iurasse intelligerentur, vt dicit Alex.d §.idem Iulianus n.17. Fely.c.de testibus.nu.2. extra de testi. Igitur aut dicendū est simpliciter in citatione, & iuramenti receptione, iurare testes: aut omnino, si super articulis dicitur, verba illa, & tota causa, sunt addenda.

8 Nominando testes actor aduertat, ne quem suae intentioni contrarium nominet: nā renuntiare nominatis, maxime in casu nostro, quo iurasse praesumūtur, non posset: ex actoris enim inductione adeo testium personae approbatae censentur, etiā si alias ipsi testes essent inhabiles respectu illius, cōtra quē nominatur, vt quia essent illius consanguinei, fami-

liares amici, vel quid tale, à testimonio ferendo pro eo, contra quem nominati sunt, repelli non possent: quoniam pro vtraque parte iurasse censeatur. glos. l. iuris iuran. C. de testi. Bart. post glos. l. si quis testibus. C. eo. tit. & Barto. ibi add. Paris. consi. 83. nu. 30. vol. 1. & consi. 53. nu 4. vol. 4. Fely d. c. præsentium. nu. 7. extra de testi. qui conclusionem prædictam limitat, nisi testis propter oppositionem illius, contra quem producebatur, fuisset per iudicem à testimonio ferendo repulsus.

9 Reus ad prædicta citatus compareat. & pro tunc generalia cōtra articulos saluis aliis suis loco, & tēpore apponendis dicat, & illorum copiam petat & arrham pro copia det, ac etiā protestetur cōtra personas testiū, & dicenda per eos, nisi viderit aliquos & pro se testimoniū laturos: & insuper petat specificari nomina, & cognomina testium ad effectū, vt cognitis testibus etiam interrogatoria, personas testium concernentia, formare possit: nā multoties testes interrogati suas exceptiones fatētur. Et si viderit articulos nō fuisse medio iuramento per articulantem datos, petat materias medio iuramento aduersarii specificari, quod quādoq; prodesse poterit, si ponens contrariū eius, quod iureiurando affirmauit, aliquando asserere vellet. Et hęc specificatio, & nominū editio, si petita sit, omnino fieri debet. glo. l. 1. §. editiones. ff. de eden. Bal. c. per tuas. col. 2. versi. item nota. & ibi Fely. ante n. 4 extra de test. glo. l. 3. §. ideoque. in vrb. quanta fides. in prin. ff. eo. tit l. nō ex omnibus in princ. ibi, si testiū nomina ex sententia arbitri exibita non sint ff de arbi. nisi in ipsorū articulorum productione pars producens illos medio

dio iuramento dederit, quia tunc alia specificatio non requiritur lib. 1. cap 70.

10 Excipitur, vt dictum est, contra testium personas ab initio: quia si ita non fieret, ius expiciendi, & reprobandi ex capite inhabilitatis personæ tempore publicationis saluum non esset. authen. si dicatur. vbi Bart. C. de testi. c. præsentium. vbi Fely. ponit supraſcriptam regulam cum septem limitationibus in princ. extra de testi. Vbi etiam aduertit, quòd qui protestatur velle testes reprobare, non posset facta publicatione eorum dictũ approbare, si in eius fauorem deposuissent, numer. 6. etiam quòd ita generaliter, vt dictũ est opposuissent. Sed quoniam statutum nostrum d. lib. 1. c. 70. exceptiones omnes in fine causę discutiendas reseruat, diligenter animaduertere debet, qui contra testes protestatur: quia hæc impugnatio posset quandoque nocere: nam statutum circumscripta protestatione ius excipere volentis saluum reliquisse videtur.

11 Sed quamuis prædictum statutum exceptiones contra testes ad merita, & causę finem reseruet, vt videatur interim nolle, vt de exceptionibus dispute tur; adhuc tamen puto, quòd si testes essent omnino inhabiles, quorum examen de iure improbaretur, vt si essent serui, Iudęi Hæretici, aut tales qui nõ essent admittendi, de quibus. d authẽ. si dicatur. C. de test. & d. c. pręsentium. eo casu exceptio opponenda, & discutienda est: nã de istis exceptionibus, quæ testem ab initio repellunt, statutum non intelligit, vt supra proxime dixi, quãdo articuli sunt omnino impertinentes versi. Hic animaduertendum, de mente Imo. & Ias. & ita pluries seruatum vidi.

12 Sequenti die post copiam petitam reus eã recipiat, aut in actis protestetur, per eum nõ stare, quia in eo termino est monitus à statuto ad illã recipiendam. lib. 1. c. 28. Qua recepta, à solerti patrono interogatoria sunt formãda; de quorum formatione late Spec de interrog. testium. per totum. & in hoc patroni ingenium prævaleat oportet: quoniã ex circũnstantiis veritas elicitur: & multoties super articulis male & imperfecte formatis testes nimis diligenter interrogatos recte deposuisse vidi: quod forsan sine interrogatorii nõ fecissent. sicque vt aiunt, Capra sibi iugulum reperit. Et ex contrario sępe vidi testes contra producentem probasse propter interrogatoria, quæ vel facti veritatem, & seriem aperuerunt; vel super non articulatis circunstantiis ad causam pertinentibus interrogauerunt. Ex quibus facile dignosci potest artem eorundem fabricandorum melius excogitari, quàm tradi posse.

13 Horum autem interrogatoriorum copia parti damna non est; sed Notarius examini præpositus penes se retinere debet. Alex. l. 2. sub nu. 4. C. de eden. Felyn. c. per tuas. nu. 3. de testi.

14 Refrenari interrogatoria, si impertinentia sint, à Iudice possunt, & debẽt, ex statuto lib. 1. c. 74. quod iuri communi consonum est. gloss. c. præsentium. in verb. interrogatoria. de test. in 6. vbi aduertit Fontana in Add. quòd si quæ sint dubia, non resecantur. allegat not. c. per tuas. extra de iudi. Et hoc idẽ voluit Philip. Franc. d. c. præsentium. §. testes col. pen. versi in ea. gloss. in fi. de test. in 6. Quæ autem dicantur incongrua, siue impertinentia, tradit Rip. l. 1. num. 41. ff. si cert. pet.

Non

15 Non omittat Notarius examini prępositus testes super datis sibi interrogatoriis diligenter interrogatore: nam si omitteret, si notam, & producenti præiudicium maximum pareret. lib.1.c.27 vbi de hoc satis ample: sed si notarius iuxta interrogatoria, examinare omiserit, an poterint testes post publicationem super omissis interrogatoriis interrogari, vidēdus Phil. Franc. d.c. prętentiū. §. testes. col. 2. post glos. nota. l. 1. §. si curatores ff. de magistr. cōue. & nota. per Doct. c. cum causam. extra de test. & ibi Felyn. n. 8. Quinimo etiam non datis à parte in interrogatoriis Notarius ipse ex suo officio testes interrogare tenetur, super quolibet articulo de loco, tempore contestibus vt d.c. 27.

16 Quòd si notarius, qui examini præest, & alterutri litigantium suspectus sit, tunc is, qui eum suspectum habet, ante examen, & antequam illi interrogatoria tradat, eum Notarium citra iniuriā ex certis causis animum suum mouentibus sibi suspectum dicat; & exinde ad examen deueniri protestetur, nisi concordato de adiuncto Notario, qui in examine interueniat. ex statuto d. lib. 1. c. 27. sed nisi adiunctus petatur, Notarius actuarius illius causæ examini testium solus superfit.

17 Eo adiuncto petito is, qui testium examen affectat, aduersarium citari faciat ad concordandum de Notario adiuncto, & ad cōducendum illum singulis diebus à certa hora vsq; ad certam horam, in certo loco: aliàs videndum mandari examinari, sine, & facta citationis relatione, & contumacia aduersarii accusata, iudex, si viderit aduersarium contumacē, petitionē adiuncti, vtpote calumniosam reiiciēdo

mandabit examinari sine adiuncto, nisi infra certũ terminum de eo concordauerit,& illum adduxerit.
18 His peractis is,qui testium examen desiderat,curabi t,vt testes ad Notarium accedant:(nisi personę sint,ad quas Notarius accedere debeat)nam in his, qui sponte ad ferendum testimonium accedere volunt,citatio nõ requiritur:nec eo minus idonei sũt, quia à producente rogati ad Iudicem,vel notarium eant.Felyn.d. c.2.n.23. de testib. Nisi se temere ingerant;& hoc extra materiam peccati: nam vbi de peccato vitando tractaretur,etiam se ingerere possunt:vt ipse Felyn.prosequitur.d.n.23. cum multis seq.de quo etiam per Hipp.sing. 140. testis.
19 Quòd si testimoniũ benigne ferre recusent, tunc moniti per Iudicem,si in contumacia persistant, captis etiam pignoribus compellentur.l. si quãdo.vbi gloss.Bar.Bal.& Salyc.C. de testib. Quod quidem de plano procedit,si testes tales sint,qui inuiti testimonium ferre cogi possint.l.4.& l. inuiti. 1. & 2. ff. de testib.vbi notatur, qui testimonium ferre cogi possint,quiue non.
Qua in re animaduertendum est,quòd illi,qui ex dispositione proxime relatarum legum inuiti testimonium ferre non coguntur, in subsidium cogi poterunt. d.gloss.inuiti.la 1.Salyc.d.l.si quando. nu. 4. C.de testib.Roma.sing.393.tu habes.
20 Non ignorabit hoc in loco Notarius,quòd si debito tempore requisitus oblata mercede, fuerit in examine morosus, ipso iure ab officio actuarii priuatus intelligetur, & parti ad interesse tenebitur. lib.1.c.27.
21 Illud etiã summopere animaduertant Notarii,
vt

vt dictum testis explicite,&integre,non autem mu tilate,aut sub compendio verborum annotent. Nã si scriberent, Testis dixit articulum verum,causam non subnectendo: vel Caius dixi, vt Seius: talis depositio nihil probaret;&ipse notarius pęnam incurrereret,& parti ad interesse teneretur.d.c. 27. Prudenter etiam facerent in causis arduis, & vbi de rationabili pręiudicio tractatur, si dictũ testis vulgari sermone,& eadẽmet,verba, quę à teste proferãtur, describerent;ne,dum interpretes fiunt, parti pręiudiciũ faciant,& animæ eorũ peccatum adscribant.

22 Hoc autem statutum disponens dictum testis dicentis articulum verum sine causę scientię assignatione, vel Caius,dixi,vt Seius, non probare, locum habet in quocunque foro ciues,& alii,statutis subiecti,litigent: quoniam tale statutum decisorium,siue decisoria concernẽs dicitur. Alciat.de præsumptio. Reg.4.præsump.44.n.17.post Cald.Salyc.& alios, vbi per eum.

23 Item & illud in examine obseruabit Notarius, quid quãuis à parte altera sibi interrogatoria data nõ fuerint; nihilominus ipse ex suo officio testes de causa scientiæ,loco, tempore, contestibus interrogabit, quia tenetur.d.lib.1.c.27.

24 Si testes,quorum examen desideratur, extra Vrbẽ,intra tamen Vrbis districtũ reperiantur,tunc(nisi egregiæ,& impeditæ personæ sint, de quibus d.l. 4.& l.inuiti.1.& 2.ff.de test.& l.ad pſonas.ff.de iur. iur.quibus actuarius destinari debet, quia remissiones non nisi pro testibus extra districtũ degentibus cõcedendę sunt ex stat. lib.1.c.74.) testes ipsi ad testimonium ferendum vocandi,& si cõtumaces sint,

captis etiam pignoribus venire cōpellendi sunt d. l. si quando. & c. statutū. §. ꝓferēdo. de rescrip. in 6.
25 Verum, quia testibus sumptus à producente subministrandi sunt. l. quoniam liberi. C. de test & d. c. statutum. §. proferendo. & non tantū pro veniēdo, & stando, sed etiā pro redeūdo, & pro vectura equi, siue nauis, si qualitas personę hoc requirat, vt dicūt Bal. & Salyc. d. l. quoniam liberi. & Philip. Franc. d. §. proferendo. (nā rustici equitate non debent. Bal. l. idem que. §. idem labeo. ff. manda.) igitur non prius iudex citationem contra testes decernet, quàm postulans ipsos testes vocari, penes causæ Notarium competentem mercedem deposuerit, pro expensis prędictis, ipsius iudicis arbitrio taxandis. Bar. & Salyc. d. l. quoniam liberi. glo. & Franc. d. §. proferēdo.
26 Salarium autem recipere non debent testes prędicti; immo si aliquid salarii nomine recepisse detegerētur, dictus eorum tanquam corruptis fides adhibenda nō esset: qua in re multos errare dicit Frāc. d. cap. statutum. §. proferendo. de rescript. in 6. post Bald. l. fin. in fin. C. de fruct. & litis expen.
27 Sed si pars, contra quam testes ipsi producuntur, & ipsa illos examinari facere vellet, ipsa quoque pro rata expensarum contribuere debet. Salyc. & Franc. vbi proxi.
28 Expectare autem testes per quindicim dies in loco, vbi vocati fuerint, cogi possunt: illis vero elapsis recedere possunt. d. l. quoniam. vbi ad Bart. additio plena. C. de testib.
29 Ante tamen quàm ad grauaminis decretū propter testium contumaciā deueniatur, peremptoriū requiritur; cum nec ante contumaces dici possint,
nec

nec quis sine peremptorio grauari debeat. Bald.d.l. si quando.quæst.1.C.de testib.Bald.& Salyc. accusationis.C.de accusatio.

Peremptorium autem quid sit, & quando vnica citatio pro peremptorio sufficiat, & quando non, traditur per Doct. l. ad peremptorium.cum seq. ff. de iud per Alex.ad Bar.l.3.§.Stichus.ff.de statu lib. Felyn. c. cum olim. in prin.extra de test. & c.quoniam §.porro.n.20.& seq. vt lite non contesta. per Afflict.decis.189.col.2.

30 Sed si per testes mora fiat,quominus causa infra terminum forte præfixum expediatur,tunc si nihil est,quod parti producenti imputari possit, vt quia congruo loco, & tempore cœpit,& institit,&quidquid potuit fecit,benigne secum agẽdum esset. Addi.ad Bar.d.l.si quando.in 1.lectu.in princ. C. de testi. Hoc autem iure communi verum esse arbitror, sed in terminis nostrorum statutorum non ita.nam tertia dilatio,quæ præfigitur à statuto, lib.1. c.59. est ad probatum habendum per omne genus probationis, per quam omnis diligentia excluditur, vt dicam,dum de ea dilatione tractabo.

De numero testium examinandorum infra suo titulo dicam.

De remissionibus pro testibus examinandis. Cap. VI.

1 *Testes, qui sunt extra territorium Vrbis, non possunt cogi ad veniendum.*

2 *Remissiones pro testibus examinandis quo modo petantur.*

Ad

Ad obtinendum remissorias quæ sunt necessaria: & de deposito per instantem faciendo. ibid.

Remissiones obtinens si testes examinari non fecerit, vel suam intentionem non probauerit, incidit certam pœnam, nisi in casu vt hic. ibid,

Testes informiter examinati valent ad dandum odorem, quem vulgo dicimus fumum, probationum. ibid.

3 *Statutum loquens de remissionibus est conforme iuri communi; & vnde sumptum.*

4 *Forma citationis pro expediendis remissionibus pro testium examine. & nu. 6.*

5 *Examen per remissorias committitur ordinario loci, vbi commorantur testes; nisi partes in alium consenserint.*

7 *Citandus reus ad cautelam in loco examinis.*

8 *Quæ sint partes iudicis, cui fit remissio examinis, in examinando.*

9 *Ad iuramenta testium in loco examinis citanda est pars aduersa, licet de stylo testes nominati habeantur pro iuratis.*

10 *Formula epistolæ remissionis non debet esse præceptiua, sed deprecatiua: & multa interim scitu digna remissiue, de dicta formula.*

11 *Compulsoriæ pro iuribus extra districtum habendis petuntur vt hic.*

1 SI vero testes extra territorium, siue districtũ Vrbis sint, quo casu ad veniendũ cogi non possunt. l. fi. ff. de iurisd. om. iud. Saly. l. siquando. num. 3. C.
2 de testi. tunc remissiones pro testibus examinandis peti debent facta termini probatorii (si præfixus sit) prorogatione, vel præfixione, secundum distantiam lo-

locorum, vbi testes esse dicuntur. Non tamen antea ad decretum remissionum deuenitur, quàm illas petẽs, testes & loca nominauerit, & probationes, quas facere intendit, declarauerit, & penes actuarium, deposuerit pignora valentia quãtitatem 25. ducatorũ auri, assignãda pro medietate Cameræ siue fisco, & pro alia medietate parti, cõtra quam remissiones petitæ fuerint, si illas petens, vel testes non examinari fecerit, vel examinati nihil de illius intentione probauerint. cui deposito locus non erit, si iudex causa cognita interloqueretur dilationem calumniose petitam non esse. Hæc omnia ex lib. 1. c. 76. quod quidem vltimum contingere posset, si pars quæ remissiones petit, exhiberet testes in loco vbi esse dicuntur, informiter examinatos, aut aliter probationum odorem daret, vt visu maxime in sacro Rotæ auditorio receptum est.

3 Hoc autem statutum quo ad remissiones, sumptum fuit ex. §. & quoniam. vbi Ang. authen. de test. ex quo sumpta est authen. apud eloquentissimum. C. de fid. instr & ex glo. & Saly. ac aliis d. l. si quando. C. de test. & ex l eos. §. 1. C. de appel.

4 Facto igitur depositio, & declaratione loci & nominum testium, datisque articulis, citabitur is, cõtra quem remissiones petuntur, ad videndum decerni remissiones, pro testibus in actis nominatis, super articulis exhibitis, & tota causa examinandis, & concordandum de Iudice, & portitore, necnon constituendum procuratorem quem in loco remissionũ citari vult, aliàs videndum Iudicem & locum eligi ex officio, & decerni processũ per affixionem citationis ad valuas Ecclesiæ maioris, loci concordãdi,

vel per Iudicem eligendi, ad primam diem, & ad dandum interrogatoria per totam illam & sequentem dies: & reo non comparente, nec de Iudice loco aut portitore concordante Iudex iudicem locum & portitorē deputabit, & si neque procuratorem constituet processum per affictionem decernet.

5 Sed quantum ad iudicem attinet, non nisi ordinarium eliget. d.authen.apud eloquentissimū. & d. §. & quoniam. Alex.consi.104 ad fin.vol.4.nisi partes in alium quemquam consentirent, nam clarū est quòd partes etiam in non ordinarium consentire possent, Bart. d.authen.apud Alex.cons.46.vol 6.

6 Altera igitur die, elapso tamen termino ad dandum interrogatoria, citabitur reus ad videndum includi articulos, & interrogatoria si data sint, & vidēdum iurare portitorē & remissiones clausas & sigillatas ipsi Portitori consignari, ad primam diē & cōtumacia accusata, includētur articuli; & interrogatoria & litteræ remissionis sigillo iudicis signabuntur, & delato iuramēto portitori de fidelitate, eidē cōsignabūtur, vt illas deputato iudici deferat.

7 Et si licet Reus qui in decreto litterarū & aliis supraścriptis citatus est, & contumax fuit, nō esset forsan vlterius in loco destinati examinis citandus, cū satis dicatur monitus in decreto remissionum & testiū nominatione, vt videtur tenere Bellame.decis. 368. quæ obtinuit, & Saly d.l.iudices.in 1.nota.C. de fide.inst. Maxime ex forma statutorū, quibus, vt dixi cauetur, vt testes ante decretum remissionum nominētur, nec alii quam nominati examinari possunt, quod iuri cōsonum est. gl.c.præsentium. verb. nominis.de test. in 6. nihilominus citari consueuit aduer-

aduersarius (& est optima cautela in ipsarũ remissionum, decreto, vt prędixi, ad constituendum procuratorem in loco remissionum, quem si non constituerit, citari debet reus per affixionem citationis, vt prædixi, & vt per Iudicem decernetur.

8 Iudex igitur cui rescribitur, receptis literis & illis perlectis, citari faciet procuratorẽ rei, si cõstitutus fuerit, sin minus ipsum reum per affixionem, vt sibi significabitur, ad dicẽdum contra literas remissionis iurare testes super recognitione signorum & sigillorum quatenus opus sit, & illas aperiri, & deputari Notariũ pro examine & nuntiũ pro citationibus ad primam diem, quibus peractis, altera die citabitur reus vt supra, ad vidẽdum iurare testes in articulis nominatos, & cõmitti notario examen in forma, quo iuramẽto recepto & examine perfecto, citabitur iterum reus modo prędicto, ad videndum claudi literas remissionũ, & concordandum de portitore, alias videndum elici per iudicem, & videndũ illum iurare, & eo non cõcordante iudex deputabit portitorẽ, qui referet literas remissionũ clausulas & sigillatas iudici causę, in quibus erũt inclusa insimul cum dictis testiũ omnia acta in loco examinis facta.

Et quamuis supra dixerim ex stylo, quo testes habentur pro iuratis, non esse necesse post editum illorũ nomen, partem ad videndum illorum iuramẽta citari, quia sufficit, quod iurent tẽpore examinis, tamen quia præsumptio quòd testes comparuerint & iurauerint, hoc casu concurrere nõ potest, cũ asseratur testes in loco iudicii non esse, cẽseo omnino in loco examinis partem ad vidẽdum iurare testes citandam esse, quoniam ad hunc actum in decreto

re-

remissionis citata non fuit, & sine tali citatione actus corrueret, vt dixi supra de examine testium vers. ad videndum.

10 Formula epistolæ remissionis quoniam, vt dixi, dirigitur iudicibus, qui sunt extra districtũ Vrbis, non fit præceptiua sicut forma tradita in c præsentium. de testibus in 6. sed rogabit Iudex Iudicẽ cui rescribet, mutatis mutandis iuxta formam dicti c. præsentium. de quo etiam per Spec. de teste. §. qualiter. n. 16. Rogando vt pręsertim animaduertat, vt testium dicta explicite & non sub cõpendio verborum, nec relatiue describi faciat, ex statuto lib. 1. c. 27. & si pars interrogatoria non dederit, pariter animaduertat, vt singulos testes super singulis capitulis, de causa scientiæ loco, tempore & cõtestibus interrogari faciat, ex statuto prędicto, & tandẽ in subscriptione his verbis vtetur, ad similia & maiora paratus quintus Tubero iudex & secũdus Collateralis.

11 Hęc eadem forma seruanda erit pro iuribus, extra districtum extrahendis, & trahendis ex statuto prædicto. c. 76. de qua infra de iuriũ productione, verbo, sed quoniam. Forma autem epistolæ iudicis rescribentis traditur per Spec. loco proxi. rela. nu. 23. vbi latius de hoc, de qua re nuper compendiose & eleganter tractaui Hercules Seuerolus Fauentinus Iurisconsultus.

De numero testium. Cap. VII.

1 *Testium numerus per iudicem refrænari debet, de quo numero Doctores variarunt.*

2 *Testium numerus iudicis arbitrio relinquitur.*

3 *Te-*

3 *Testium numerus ex statuto, est septem pro quolibet articulo.*
4 *Cautela qua vti debet patronus in testibus examinandis.*
5 *Testes duo super quolibet articulo examinari debent.*
6 *Testi vnico quibus casibus credatur remissiue.*

1 NVmerum testium refrenari debere per Iudicē etiā leges sacratissimæ præcipiunt.l. 1.§.quāquā.ff.de testi.glo.§.si vero. verb. quartam.authen. de testi.à lege tamen præfinitus numerus(quod viderim) non reperitur, ideoque Bart. tres tantum super quolibet articulo recipi debere arbitratus est. Bar.l.quoties per illū tex.C.de naufra.lib.11.Alex.
2 d.l.1.§.quamquam ab aliquibus vero aliis Iuris peritis, iudicis arbitrio relinquitur. Oldr. consi. 145. in prin. Abb.c.cū causam.vbi tex.præfinit numerū
3 quadraginta in tota causa, extra de testib. statuentes autem ne hoc in incerto relinquerent, septem super quolibet articulo, & non vltra; examinari posse voluerunt.lib.1.c.73.
4 Prudens igitur patronus, qui hoc animaduertet, diligenter se informabit à cliente, quid ex articulatis quisque testis probe norit, nam vix est, vt testes omnes omnia articulata sciāt. Titius enim qui sciet Semproniū Gai esse filium, ignorabit forte Mæuiū Gaio mutuasse, quod Tubero sciet: rursus Tubero ignorabit forte, me heredem Meuii, quod sciet Marcellus. sic igitur diligēs patronus breui schedula admonebit Notarium, Titium super primo articulo examinari debere, Tuberonem super secundo, Marcellum super tertio, & sic de singulis, vt docet gloss.

capit. præsentium. verb. nomina. de testi. in 6.

5 Duos autem testes ad minus super quolibet articulo examinari procurret, quia regulariter, dicto vnius iurari non poterit. l. iuris iurandi. vbi omnes. C. de testi. l. vbi numerus. ff. eo. tit. c. licet cum concordan. extra eo. tit.

6 Quod quidem in plerisque casibus verum nõ est, de quibus per Ant. de But. & Doct. c. veniens de testi. Alex consi. 180. nu. 3. vol. 2 Mathesi, not. 2. nota quòd in iudiciis. Fely. cap. cum oportet. col. penul. de accu. Ias. l. admonendi, in repeti. nu. 273. de iure iuran. Hippo. sing. 47. in ore. & 114. vulgatum. & 433. trita. Soz consi. 262. nu. 12. vol. 2, & per Aymo de antiqui. tempo. par. 1. num. 296. late per. D. Antonium Gabriellium de testibus concl. 1. in quibus quidem locis de plerisque casibus tractatur, in quibus vnius testimonium plene probat.

De iurium siue instrumentorum productione. Cap. VIII.

1 *Citationis forma in productione, seu repetitione iurium.*

Forma producendi, siue repetendi iura. ibidem.

2 *Testes super recognitione iurium recipi debent.*

3 *Iura produci debent parte omnino citata.*

4 *Iura producta ante litis contestationem, repeti debent parte citata.*

5 *Productio iurium per compulsum, an sit necessaria, & an vtilis.*

roducti iurium per compulsum, non differt à simplici productione.

7 Nisi

7 *Nisi in casu.*

8 *Reus in connexis, non potest producta pro parte acceptare, & pro parte impugnare.*

9 *Iudex potest, non obstante particulari productione iurium, inhærere partibus facientibus contra producentem.*

10 *Iuribus productis is, contra quem producuntur, debet acceptare facientia pro, & impugnare facientia contra.*

Impugnans simpliciter iura, non potest de facili in illis se fundare. ibid.

11 *Iudex petenti copiam iurium, illam cum termino ad opponendum, decernere debet.*

12 *Interrogatoria pro examinandis testibus, super iurium recognitione, quandoque vtilia.*

13 *Tacens in productione iurium & nihil excipiens, non potest illa vlterius impugnare.*

14 *Exceptio generalis non releuat excipientem, si aduersarius petat specialiter excipi.*

Libellus generalis, parte opponente non procedit. ibidem.

15 *Exceptiones contra testes & iura & illarum disputationes, ad merita iure isto, etiam parte non opponente, reseruantur.*

16 *Productio iurium parce admodum & consulte fieri debet.*

17 *A productione iurium non est incipiendum, sed consulendi aduocati, nisi in re plana.*

18 *Producens instrumenta non solemnia, si aduersarius illa non impuganuit, non potest illa defectu solemnitatum impugnare.*

19 *Iura debent recognosci, vel per testes, vel per com-*

F 2 *para-*

parationem literarum, & de forma vtriusque recognitionis.

Antiqua iura recognitione non indigent. ibid.

Antiqua quæ dicantur ad effectum, vt recognitione non indigeant. ibid.

20 *Priuatæ scripturæ quo modo recognoscantur remissiue.*

21 *Signacula in appendicibus iurium, quomodo recognoscantur.*

22 *Recognitio iurium per comparationem, quo modo fiat.*

23 *Compulsoriæ speciales pro iuribus habendis, quo modo petantur, & quæ implenda sint.*

24 *Compulsoriæ generales, quia iudicium non suspendunt, depositum non requirunt.*

1 DVm hæc fiunt, poterunt ab actoris siue etiam rei parte iura, si qua sint ad causam facientia, produci; & si qua fuerint ante litem contestatam producta, repeti debent, parte tamen vtroque casu citata, cuius citationis formula hæc est, Citetur Sempronius ex aduerso principalis ad videndum productionem siue repetitionem certorum iuriũ & actorum, dicendum cõtra, videndum illa admitti, iurare testes super illorum recognitione quatenus opus sit ad primam diem, & accusata partis aduersæ cõtumacia, si iura sint producta, illa repetat, in parte & partibus pro se & principali suo, & contra partẽ aduersam facientibus, & non aliter nec alio modo, & testes super illorum recognitione inducat, quos tũc, vel postea ad libitũ, (durante tamẽ termino probatorio) super recognitione examinari faciat; sin autem producta non sint, cautela est, vt si producẽs in illis

illis nominatus non sit, per alium, quē à Iudice cōpelli faciat, produci curet, & ipse producētis patronus, illa in parte & partibus, vt modo dixi, repetat, & testes super recognitione, vt dictū est, inducat. iudex autem consueuit si id ab eo petatur, iura si & inquātum admittere, & si vt dixi ea admissio necessaria non sit ex statuto lib. 1 c. 70.

3 Citatio ad videndum productionem iurium omnino necessaria videtur, per regulā l. de vnoquoque ff. de re iud. per Bal. §. quando. & ibi per Salyc col. fin. n. 10. C. de testib. per Felyn. c. 2. nu. 31. eo. tit. de testib. per Rot. decis. 10. alias, de fid. instr. 1. fuit dubitatum, in no. quæ loquitur de citatione ad dicendum contra producta.

4 Repetitio productorum ante litem contestatā parte citata, hoc in loco necessaria est: nā productio ante litis contestationem facta, reo præiudicium non afferret, quia regulariter probationes ante litis contestationem fieri non possunt. c. 1. & per totum extra vt lite non cont. & colligitur ex dictis Bald. Salyc. & Felyn. in locis proxi. relatis clarius per Feder. de Sen. cons. 160. Dominus Minus de Ptolemæis, per Hypp. late sing. 170. animaduertat.

5 Quod per alium producantur iura, qui etiam ad id compellatur, ex cōmuni omnium in foro versantium sententia optimum videtur consilium, & releuans cautela, nam si quid in productis continetur quod faceret contra producentem, id nō posset per ipsum producentem impugnari, quia cōfiteri videtur omnia in productis contenta, vera esse, etiam si protestatus fuisset se in parte & partibus pro se facientibus pducere. Ias. post Inn. Bar. Bal. & alios in lo

cis vbi per eum. l. certi condictio §. si numeros. nu. 39. ff. si cer. pet. Imo. c. G. perpetuus. col. 2. vers. & no ta extra de fid. instr. de quo etiam Rolan. cons. 2. n. 116. vol. 1. & hæc est magis comm. opin. secundum Fely. c. imputari. ad fi. de f. d. instr. respectu vnius & eiusdem capituli, vt latius prosequitur ipse Fely. c. cum venerabilis. n. 23. vers. limita. 2. de exceptio. licet ipse videatur constituere regu. affirmatiuam, cũ quinque limita & Fely. sequitur Rip. in Repeti. c. cum M. Ferrariensis num. 79. extra de const.

6 Ego vero ex prædicta Felyn. & aliorum distin. quæ fit inter connexa & diuersa capitula, dicebam aliàs; nullam inter productionem factam ab ipsomet collitigante, & repetitione productorum ab alio, etiam per compulsum facta, rationabilẽ differẽtiã colligi posse: nam si capitulũ, quod pro me repetam, facta per alium productione, erit cõnexum cũ capitulo faciente pro aduersario, etiam si proster me in parte & partibus pro me faciẽtibus repetere, protestatione non iuuabor, quia connexa ex suprascripta communi sententia non separantur; Si vero erit capitulum quod pro me repetã separatum à capitulo faciente pro aduersario, & tunc aduersarius quia iura sunt per illum tertium cõpulsum in iudicio simpliciter producta, & per consequens effecta cõmunia. l. 1. §. edenda. ff. de eden. Fel. d. c. cum venerabilis. nu. 23. vers. limita 2. quem sequitur Rip. vbi supra, poterit ipse quoque capitula pro se facientia repetere, cum simili protestatione, quia communia sunt: Secus tamen esset, si ego ab initio produxissem illa iura nominatim quo ad certa capitula pro me faciẽtia, quia tũc aduersarius nõ posset se iuuare ex

aliis capitulis in dictis iuribus existentibus per me non specificatis, nec etiam talium separatorum copiam petere, vt dicit Fely. d.c. cum venerabilis. nu. 23. ver. secundus casus, post Imo. d c. G. perpetuus, nu. 5. ver. & nota. Ex quorum dictis (si vera sunt,) manifeste apparet cautelam producendi per compulsum potius esse aptam nocere quam prodesse, cogitabis.

7 Prodesse tamen posset aliquando ad demonstrandum eum qui productis se iuuare vult, non fuisse in mora producendi, aut probabiliter contenta in illis ignorasse, vt quia iura penes ipsum nō essent, quod rursus nō procederet si ipse producens vel esset in illis nominatus, vel penes ipsum versimiliter esse debuissent, de qua re alibi.

8 Reus quoque contra quem iura producuntur, nō poterit in cōnexis, pro parte acceptare & pro parte impugnare, iuxta doct. Barto. l. Aurelius § idē quæsiuit. quam ipse testatur communem. ff. de libe. legat. Ias. §. item si postulante. num. 21. insti. de. actio.

9 Sciendum tamen est quòd non obstante tali protestatione & productione seu reproductione particulari, iudex poterit partibus contra producentem seu repetentem facientibus inhærere, quia de veritate ei vt iudici constat, vt dicit Bald. l. 1. colum. 2. versic. ex hoc pono. C. vt quæ desunt aduocat. par. iudex suppl. & ibi Castr. dicens singulare. colum. 2. nu. 5. quem etiam Bald. refert & sequi videtur, Rip. d.c. cum M. Ferrariensis. num. 79

10 Causæ illius patronus contra quem iura producuntur, in termino comparere non cessabit, iuribusque diligenter quantū fieri poterit, inspectis, si alli

qua sint in eis capitula quibus sui clientis intētionē iurari posse speret, nō omnino neque simpliciter illa impugnabit, quia se in illis de cetero de facili fundare non posset, ad Barto. l. post legatū. in. prin. col. 2. ver. quandoque impugnant. ff. de his quibus, vt indi. & ad regulā. c. ex eo. de reg. iur. in 6. vtetur igitur cautela de mente Rip. d. c. cum M. Ferrarien. n. 79. ad fi. vt ipse quoque in parte & partibus faciētibus pro principali suo, & nō alias producta ex aduerso repetat, & acceptet, in partibus vero facientibus cōtra eūdem principalem suum excipiat, & dicat generalia contra pro tunc saluis aliis suis loco & tempore deducendis & allegandis, & insuper iuriū productorum copiam petet, vt illis mature visis & cōsideratis, amplius deliberare & opponere possit.

11 Hæc autem copia cum termino ad opponendū omnino per Iudicem decerni debet. nam ante dictū terminum instrumentum non probat, vt dicit Saly. l. fin. in 1. col. vbi limitat. C. de fid. instr. refert & sequitur Ias. l. ait prætor. §. si iudex num. 21. ff. de re iudic. statuto tamē nostro cauetur vt petens sine ministerio indicantis monitus censeatur, ad illam recipiendam ad primam, seu ad summum ad tertiam diem, lib. 1. c. 60. & c. 28.

12 Et si videat rei patronus ex iurium recognitione facienda suo clienti preiudicium generari posse, vt si vis fieret in recognitione, protestabitur testes super recognitione sine eius interrogatoriis recipi non debere, quæ sequenti die exhibere curabit.

13 Excipere cōtra producta ex aduerso, vt proxime dixi necessarium admodū est: nam si citatus, in termino nihil opponeret, non posset illa vlterius saltē

ex

ex defectu solenitatis impugnare. Bellam. deci. 456 si pars non opponit, Bald. d. l. 1. col. 2. ver. 2. conclusio. C. vt quae desunt aduoca. par. Siquidẽ silentium rem dubiam non redit, vt dicet Bal. c. fi. circa med. extra. de probatio. clare per Deci. authen. siquis in aliquo num. 27. C. de eden. & ibi Soz & Cur. Iun. & quãdo simplex copia produceretur, & non opponenetur quod probet, Aymo Grauett. de antiqui. tẽp. 1. parte. num. 261. vers. visum est. de qua re infra.
14 Hęc tamen generalis exceptio, sit pars cõtra quã obiicitur protestaretur, specifice excipiendũ esse, generaliter excipientẽ, non iuuaret, quia generalis exceptio, sicut & libellus generalis, parte opponẽte nõ admittitur. Bar. l. 1. col. 2. ver. quaero video. ff. de exce. & l. 1. §. labeo. ff. de flum. Barto. l. Titiae textores. ff. de leg. 1. Ang. cõsi. 25. nu 5. Alex. consi. 181. in prin. vol. 6. Cur. Iun. consi. 149. col. 2. & consi. 146. nu. 6. Fel. late c. pastoralis. n. 13. de excep. Si tamen is contra quem generalis exceptio opponitur, taceret, tũc generalis exceptio noceret, sicut & speciales, quia generalis etiam libellus contra non excipientẽ admittitur, ita declarat Fely. d. c. pastoralis. n 14. Corne. consi. 55. nu. 27. vol. 3. Ruy. consi. 119. nu. 15. vol. 5. Paris. qui late cumulat consi. 67 nu. 2. vol. 4.
15 Sed quamuis haec iure cõmuni vera sint, vereor ne non sibi locum vendicent in foro de quo loquimur, nam statutum praedictum cap. 70. disputationes omnium exceptionũ, ad merita reseruat, si igitur generalis exceptio non comprehenderet aliquã de exceptionibus in dicto statuto reseruatis, aut illis similem, non putarẽ quòd excipiens generaliter, in specie exceptionẽ deducere teneretur, quia per statutum

tutum prędictum exceptionũ discussio in fine causæ vt prædixi reseruatur, quò etiam fieri arbitror, vt etiam is qui nihil opposuerit, contra producta, in disputatione meritorum causæ ex beneficio illius statuti, si releuantur excipiat, audiendus sit.

16 Qui tamen producit, parce admodum & consulte producere debet, facilis namque productio est, sed productionem reuocare, hoc opus hic labor est. Multoties siquidem euenit, & ego sępius vidi, quòd producēs causam suam vlnerauit, & suo iugulo periit, non solum quia producta suæ intentioni repugnauerint, sed etiam quia ansam aduersario vlterius perquirendi & rimam quandoque euadendi, præbuit, nam allegando errorem in producendo nõ auditur, Specu. de instru. editio. §. videndum. ver. quid si aliquis. Imo. d. c. G. perpetuus. nu. 7. de fid. instru. post Ant. c. imputari. eo. tit. nisi is qui producit veritatē esse cōtra producta probaret, vt dicit D. Ant. c. cum venerabilis. n. 35. & ibi Fel. nu. 24. de excep. qui dat limitatio, & idem Fel. d. c. imputari. nu. 9. & 10. de quibus etiam per Aymo. de antiqui. temp. par. 1. nu. 119. in quibus locis alias quoque & declarationes & limitationes reperire facile poteris.

17 Igitur a productione incipere non debet patronus, nisi res admodum & patens & aperta sit sed aduocatos etiam si ipse Iuris peritus sit, iterum atque iterum consulere, & expectare & primę, & secundę dilationis lapsum, cum & in tertia ius producendi saluum sit, ac etiã post tertiæ dilationis lapsum (vt paulo post dicam) productioni remedium possit adhiberi. nam quod attinet ad scripturas inuicem pugnanteis, & quarũ principium medio aut fini contra-

tradicit, quantum erret qui producit, satis declaratur per l. scripturæ. C. de fid. instr. d. c. imputari. extra eo. & l. vbi repugnantia. & ibi Deci. & Cagno. ff. de reg. iur.

18 Quinimmo non solennia instrumenta produces, aut repetens, adeo contenta in illis fateri videtur, quid ex illis aduersarius qui ea non impugnauit, iuuare, se cõtra producentem potest. Rota d. decis. 10. alias, de fid. instr. 1. in no. in 1. addi. Aymo. d. tract. de antiqui. temp p. 1. nu. 1 18. vbi limita. apud quem etiam reperies quid de producente priuatam scripturam. d. p. 1. n. 121.

19 Recognosci iura debent, vel per testes, vel per literarum comparationem tam si sint publica, quam si sint priuata. de publicis est tex. in §. si vero moriatur. authen. de fid. instr. per quem tex. hoc videtur tenere Cyn. l. comparationes. col. fin. vers. sexto. iuxta hoc quæro. C. de fid. instr. & ibi Bal. clare n. 14. ver. quærit Cyn. vbi & Saly. n. 13. vers. iuxta hoc. & ver. quærit gloss. sensit Fely. c. 1. n. 18. vers. adde quòd si opponeretur. extra eo. tit. Paris. cons. 112. n. 17. vol. 1. nisi sint multum antiqua, quoniam tunc recognitio non requiritur, vt dicunt Bal. & Salyc. vbi supra, & Milis in reper. in verb. instrumentum habens. Affl. decis. 251. determinatum fuit.

Quę autem dicantur antiqua ad hoc, vt recognitione non indigeant, traditur in multis locis. tu videas Ni. de Milis in suo reperto. in verb. instrumentum habens publicam. & Afflict. decis 245. & 251. & Dec. cons. 121. nu. 11. Ias. in repeti. l. admonendi. nu. 146. de iureiur. latiss. per Aymo. Grauett. de antiqui. temp. par. 1, in prin. & Rursus par. 3. nu. 20. in

qui-

quibus locis reperies communem sententiam esse, quod requiratur tempus annorum centum, etiam si agatur de præsumenda solemnitate Notariatus: ibi videbis.

20 De priuatæ autē scripturæ recognitione loquitur authen. at si contractus, & ibi Doctor. C. de fid. instr. latè per Ias. d. l. admonendi. in repetitio. n. 88. ff. de iure iur. per stat. lib. 1. c. 84. de quo infra tit. de executione apocarum, latius me dicturum spero.

21 Et quod dictum est de recognitione manus, siue literæ scribentis, vel subscribentis, dicendum quoq; est de recognitione sigilli, si forte literæ legalitatis alicuius notarii exhiberentur, aut aliquæ aliæ sigillatæ scripturæ producerentur, vt dicit Fely. c. quod super his nu. 7. vers. in gloss. in verb ignota. hoc eo. tit. de fid. instr. Ro. decis. 6. alias, de testi. 2. in no. vbi & illud quod super recognitione istorum signorum & sigillorum etiam post conclusionem in causa testes recipiuntur, de quo super Afflict. decis. 271. in quodam processu & sequenti: qua in re animaduertendum est, quòd literæ legalitatis non solum probare debent enuntiatū fuisse tempore celebrati instrumenti notarium, sed etiam eundem esse qui rogatus est de illo instrumento, in quo sigillum appositum est, ita Saly. d. l. comparationes. col. 5. nu. 17. vers. ideo ad pleniorem. C. de fid. instr.

22 Hæc de recognitione per testes facienda; ceterū si recognitio per literarum comparationē facienda sit, quæ difficilis est, quid eo casu faciēdum sit, & cū qua cōparatio fieri oporteat, & vnde scriptura cui comparetur sumenda sit, & quas qualitates habere debeat, tā si sit publica, quàm priuata, visendi Doct. l. com-

l.comparationes.& authen.sequent. C.de fid.instr. & an possit alteri hæc facienda comparatio committi, per Alex.ad Bar.ibi, & vbi requiritur à lege, vel statuto, quòd probetur per testes esse quid scriptum vel subscriptum manu alicuius, an tunc recognitio per comparationem fieri possit, per Alexan. cons.123.col.2.vol.1. qui tenet non sufficere, & an quis possit adscribendum cogi, vt comparatio fiat vltra Doct.d.l. comparationes. per Dec. c.scripta.5. nu.25.extra de fid.instr.

23 Sed quoniam, vt ad rem redeam, aliquando iura & instrumenta extra Vrbem in locis etiam extra districtum Vrbis, desiderantur, tunc pro illis habendis (si publicari per eum qui de illis rogatus fuerit non possit) pene eadem forma seruanda est, quam in remissionibus pro testibus examinandis, obseruandam esse supra suo titulo dixi. Depositum siquidem fieri debet, & prorogatio termini ex illo met statuto, lib. 1. c. 76. Facto igitur deposito, aut aliàs habito à iudice decreto, dilationē calumniosā petitā non esse, si pro certis designatis iuribus & in specie, cōpulsoriæ desiderantur, forma Citationis hæc erit; Citetur Marcus Aurelius ex aduerso principalis ad videndū decerni cōpulsorias pro extrahendo instrumentū testamēti quondā Lutii Pisonis, de quo rogatus fuit quondā Barbarius Philippus, Neapoli, necnō ad concordandū de iudice & loco, & constituendū, procuratorē, qui extractioni & recognitioni dicti instrumenti intersit, aliàs videndū decerni processū per affixionē ad valuas Ecclesię Cathedralis dictę Ciuitatis Neap. vel alterius loci per dominum Iudicē deputandi. Quibus peractis Iudici deputato

putato rescribitur,illum rogando,vt compellat habentes designata iura,ad illam exhibendum & illorum recognitionem annotet,&exemplatum transmittat,& hæ literæ aperte destinantur,cum sigillo iudicis in calce seu appendicibus earundem,quæ in partibus exequuntur,iuxta formam supra traditam de remissionibus Hæc autem forma sumitur ex l. Iudices.ad fin.vbi omnes.C de fid.instr.

24 Generalis autem compulsoria,quia iudicium nō suspendit,depositum non requirit,& in quacunque parte iudicii dummodo conclusum non sit,vel in terminis statuti nostri, tertia dilatio lapsa non sit, concedi potest arg notato per Rot.decis.47 alias, de probatio.42.nota quòd compulsoria. in anti citatio tamen partis requiritur,vt dicitur d.decis.47. &Rursus decis.389.nota instrumēta extracta alias, de fid.instr.4 in anti.si quis autem iura in fine vltimæ dilationis produceret, vt aduersarium suum à facultate replicandi excluderet, dicetur infra de dilationibus in fine.

De exceptionibus. Cap. IX.

1 *Exceptionis qui formare nescit,à iuris peritis discat.*

2 *Exceptiones si probatione indigeant,poterunt fieri articulatæ, in quibus tamen cauere debet producens, ne aduersarij intentionem confiteatur.*

3 *Replicationes,duplicationes & aliæ,eadem forma qua exceptiones fabricantur.*

4 *Citationis forma, in productione exceptionum etiam articulatarum.*

5 *Excipiens, non debet obtinere, quod aduersarius decre-*

cre-

crudelitate super exceptione respondeat, nisi eam det dispositiue.

6 *Actor tenetur respondere positionibus rei, aliàs non audietur, donec in contumacia persistat.*

1 NOn minus interim dum articuli, testes, & iura ab actore producuntur, rei patronus studere debet suas exceptiones producere, seu peremptorias & ad merita, siue etiam dilatorias, si forte in litis cõtestatione, vt dixi fuerint reseruatæ, quas qui nescit ex se percipere, ab aduocatis, collatis scripturis, ex actoris intẽtione & rei defensione percipere poterit: nam de illis hic plene tractare non expedit.

2 Quarum exceptionum, si aliquæ probatione indigeant, poterunt articulatæ fieri, in quibus diligenter animaduertat rei patronus, vt nõ cõfiteatur aliquid, quod actoris intentionẽ fundet, sed sẽper sub cõditione & euentualiter excipiat; nã si aduersarii intentio est in mutuo, tunc dicit excipiendo, nihil de intentione partis aduersæ confitendo, in euentũ in quem cõstet aliquam pecuniã mutuatam fuisse, & non aliàs, tunc & eo casu ponit & dicit, & quatenus opus sit probare intẽdit, fuisse aduersario à suo principali satisfactum, vel mutuum fuisse sub fœnore factum, aut adolescenti perdituro, aut quid tale: simpliciter enim excipere vtile consiliũ nõ videtur glo. l. exceptionem. C. de probatio. de qua materia & veritate prædictorum per Canon. c. cũ venerabilis. de exceptio & c. exceptionem obiiciens de regu. iur. in 6. & per Doct. l. non vtique. de exceptio & d. l. exceptionem. C. de probatio. Vber. de Bono Accurso antiquissi. Doctor in sua praxi, ti. de exceptio.

per-

peremptoriis, & ibi per Antonium de Tremolis in additio. apud quos & maxime Vbertum compendiosum properantibus patronis, & aptissimum de exceptio. tum dilatoriis cum peremptoriis tractatum, ac etiam earum, quæ post sententiam diffinitiuam opponi possunt, reperies.

3 Hæc eadē forma seruabit in Replicationibus, Duplicationibus, Triplicationibus, & aliis successiuis, quę in infinitū multiplicātur. l. 2. §. illud. ff. de exce.

4 Hoc igitur casu pars aduersa citabitur ad videndū productionem exceptionum articularum (si articulatæ fuerint) dicendum contra, quatenus articuli, replicandum quatenus exceptiones, videndum illas & illos admitti, iurare Testes, & committi notario causæ iuramenti receptionem, & examen super illis, & tota causa ad pri. di. & dādum interrogatoria per totam illam & sequentem dies, & accusata contumacia instabitur pro decreto, & quatenus super illis testes examinandi veniant seruabuntur ea omnia, quæ supra seruanda esse dixi de admissione articulorum, & testium examine in principio.

5 Sed etsi reis patronus circa exceptiones prædictas responsum credulitatis ab actore habere velit, intentionem suam dispositiue & in modum positionis deducere debet, alioqui aduersarius respondere non cogetur, vt dixi supra de positionibus & articulis, vers. animaduertendum.

Produceret igitur reus, qui ab actore responsum desiderat, quandocūque infra tamen terminū probatoriū, vt dixit supra de positionibus, ver. hæc omnia. suas exceptiones dipositiue compositas, protestabiturque aduersario copiam non dari, nisi facta re-

responsione, vt supra de positionibus actoris dixi, & si sibi expediet aduersariũ non audiri, nec illius probationes recipi, responsione nõ facta, hoc protestabitur, & impetrabit ex statuto lib. 1. c. 68. vel si ipse responsum habere cupit, cogat actorem ad respondendum, vel ipsum haberi pro confesso eadem forma, qua vti oportere dixi actorem contra reum.

De dilationibus. Cap. X.

1 *Citationis forma, ad videndum præfigi dilationes statutarias.*

2 *Dilationes statutariæ sunt arbitrariæ, licet de stylo certus dierum numerus dari soleat.*

3 *Dilatio secunda & tertia, breuiores esse debent prima.*

4 *Dilatio tertia, est ad probatum habendum, per omne genus probationis.*

5 *Instrumenta, quæ sunt probationes probatæ, post lapsum tertiæ dilationis, produci non possunt.*

6 *Testes etiam qui in termino iurauerint, post lapsum tertiæ dilationis, examinari non possunt.*

7 *Dilationes statutariæ si omittatur, quia nullus eas petierit, processus nõ vitiatur: secus si fuerint petitæ & omissæ.*

8 *Notarius diem examinis testium annotare debet, vt cognoscatur, si infra terminum deposuerint.*

9 *Dilatio secunda, si præfigatur pendente prima, incipiet post lapsum primæ.*

10 *Producens iura vltima die dilationis, facit vt terminus ad impugnandum, aduersæ parti prorogetur.*

QVi properare volunt, siue is actor sit, qui suas probationes fecit, vel in promptu habet, siue

sit reus, qui videns actorem promptas probationes nō habere, seu nihil probare posse, & eundem à ter-
1 mino probatorio excludere vult, citata parte ad videndum præfigi primam dilationem statutariam, compareat coram Iudice, & partis citatę contumacia accusata, petat primam dilationē pręfigi, ex statuto lib. 1. c. 59. & quamuis statutum quantitatem
2 dilationis arbitrio Iudicis iuxta qualitatem causæ relinquat, tamē ex præscripto quodammodo curię stylo quinque dierum vtilium pręfigi solent, nō tamen sublatum est quin longior aut etiam breuior pręfigi possit, si id Iudici ex causæ qualitate videbit. Et idem seruabitur in secūda & tertia dilationē; pro qua quidem secunda quatuor dies vtiles, & pro tertia tres similes præfigi consueuerunt, longiores
3 tamen & breuiores esse poterunt, vt supra proximè dixi, dummodo hæc secunda, vel tertia, prima longior non sit. argum. l. 2. & auth. ei qui. C. de temp. & rep. appella.
4 Tertia tamen dilatio ex prędicti statuti forma nō solum ad probandum pręfigitur, sed etiam ad probatum habēdum, per omne genus probationis: quo fit, vt post illius lapsum, nec instrumenta, (quamuis
5 sint probationes probatæ, vt dicit Bald. c. cum dilectus. circa med. extra de fide instr. Dec. cons. 423. n. 18. & aliàs quandocunque vsque ad causæ conclusionem produci possint. d. c. cum dilectus. cum nota. extra de fid. instr.) admitti in casu nostro, nec recipi debeant. Bald. d. c. cum dilectus. circa med. quem ibi sequitur Felyn. n. 34. extra de fide instr.
6 Quibus adstipulatur, quòd quamuis testes inducti in termino sic vt præmittitur ad probandum &

pro-

probatum habendum præfixo, iurauerint; si tamen cum effectum non deposuerint, vlterius examinari non poterunt. Saly. l. si quando. n. 8. vers. & pondera. C. de testib. & latè Felyn. c. licet causam. n. 22. vers. tertius casus. de probatio. post Bal. Spec. Ioan. And. Imol. Abb. Domi. & alios de quibus per eum. & dicam infra, vers. iam dixi.

Et quando post lapsum termini liceat probare, late per Felyn. qui dat regulas cum multis fallentiis d. c. cum causam. vsque ad n. 24. sed diligens patronus, vt disputationes euadat, breui curriculo ad signaturam, vt sæpius dixi pro termini ad probandū præfixione, aliquo quæsito colore recurret. 8

7 Accidit quandoque facta litis contestatione, & debitis probationibus, quod actor properans, dilationibus non præfixis, nec ab aliqua parte petitis pro se pronuntiare obtinuit. quare dubitatū de viribus sententiæ fuit, asserentibus aliquibus propter omissas dilationes processum & sententiā sustineri non posse, cū maxime statutum prędictum antiquū lib. 5. c. 1. post quam dandas esse dilationes pręcipit, clausulam subiecit irritantem: quo fit, vt formam dedisse videatur. Bal. l. 1. in prin. & ibi Ang. ff. de lib. & posth. quā nō seruata actus corruit, vt ibi per eos. Contrarium tamē obtinui per tex. l. 4. §. hoc autem iudicium. vbi Bar. magistraliter declarat. num. 2. ff. de dam. infec. cuius doctr. sequitur ibi Imo. & Alex. & hoc verissimū in casu nostro. in quo verba dilationis præfigendæ ad Iudicem diriguntur. cum igitur nullus petierit, Iudex non tenebatur suum offi- 9
cium nō petentibus impartiri nisi miserabiles personæ fuissent rei cōuenti, vt ibi dicūt Doct. pręfati.

hoc idem firmat Castr.in terminis nostris, etiam si statutum irritaret actum, vt facit statutum nostrũ. l.vniuersa.in fin.C.de preci.impe. offe. late sequitur Hyppo.per multa exempla post Alex. & Felyn. in sua praxi.crimi.§.nunc videndũ.nu.4.&5.Ad hanc igitur disputationem vitandam additum est in nouo statuto lib.1.c.59.si petantur. Callidi igitur eorũ procuratores,qui actoribus insidias parant, sub verborum inuolucro illas petere consueuerunt,vt si forte actoris patronus non animaduertat, processum irritent. Prudentiores autem actores dilationes nunquam omittunt.

8 Iam dixi supra, dum de iurium productione loquebar, quòd elapsis dilationibus suprascriptis, instrumenta produci non possunt, propter illa verba statuti,ad probandum,& probatum habendum per omne genus probationis,& supra proxime ver.quibus. dixi quòd etiam si Testes infra dilationes iurauerint,si tamen non deposuerint,amplius recipi nõ debent,& recepti, vtpote extra terminum, nullam fidem faciunt Bar.l.si quando.nu.8 vers. & hoc verum nisi.C.de testib.& ibi Barba.in apost.vbi Bald. declarat, quòd propter hoc dubium, requiritur, vt Notarius annotet diẽ examinis, licet aliàs sufficiat annotare iuramenti diem,vt per omnes.d.l.si quando.n.8.& vers.& hoc verum nisi. C.de testib.& per Felyn. d.c.licet causam.n.29.de testib. & propterea admoneo Notarium, vt diem examinis annotet,ne parti præiudicium afferat.

9 Sed quid si pẽdente prima dilatione Iudex secundam præfigat,vtrũ secundæ nullitas allegari possit, vtpote,Data altera pendente,quòd nõ sit nulla,sed

va-

valida, tenuit Grat. consi. 78. col. 1. & 2. vol. & hæc secunda incipiet prima finita.

10 Illud vltimo loco non omittam, quòd si actor, vel reus productionem iurium ad vltimā diem vltimæ dilationis differt, ad hoc vt aduersæ parti viam reprobandi, seu contrarium probandi præcluderet; nihil aget: nam tunc parti, contra quam producitur, noua dilatio ad opponendum, & opposita probandū dari debet, seu data prorogari, ita oportunè prouidet statutum lib. 1. c. 77. quod statutum maximam continet & iustitiam, & æquitatem.

De testimoniorum publicatione
Cap. XI.

1 *Testificatis didicitis, nihil vlterius super eisdem, aut directo contrarijs capitulis, per testes probari potest.*

2 *Publicatio testium non impedit nouam productionem, in casibus pluribus hic notatis.*

3 *Publicatio testium, an intelligatur facta, ex solius copiæ decreto, an requiratur pertunctatio testimoniorum.*

4 *Terminus ad impugnandum testificata, quot dierum sit, & quando incipiat.*

5 *Termino ad recipiendum copiam testium elapso, adhuc petens poterit testificata impugnare, si terminus ad impugnandum non sit lapsus.*

6 *Contumacia vnius actus nunquam se extendit ad alium actum.*

7 *Cautela vt intimetur parti, copiam testium esse perfectā, & per Iudicem pronuntietur, tempora currere.*

putato rescribitur, illum rogando, vt compellat habentes designata iura, ad illam exhibendum & illorum recognitionem annotet, & exemplatum transmittat, & hæ literæ aperte destinantur, cum sigillo iudicis in calce seu appendicibus earundem, quæ in partibus exequuntur, iuxta formam supra traditam de remissionibus Hæc autem forma sumitur ex l. Iudices. ad fin. vbi omnes. C de fid. instr.

24 Generalis autem compulsoria, quia iudicium nō suspendit, depositum non requirit, & in quacunque parte iudicii dummodo conclusum non sit, vel in terminis statuti nostri, tertia dilatio lapsa non sit, concedi potest arg. notato per Rot. decis. 47. alias, de probatio. 42. nota quòd compulsoria. in anti. citatio tamen partis requiritur, vt dicitur d. decis. 47. & Rursus decis. 389. nota instrumēta extracta alias, de fid. instr. 4 in anti. si quis autem iura in fine vltimæ dilationis produceret, vt aduersarium suum à facultate replicandi excluderet, dicetur infra de dilationibus in fine.

De exceptionibus. Cap. IX.

1 *Exceptionis qui formare nescit, à iuris peritis discat.*

2 *Exceptiones si probatione indigeant, poterunt fieri articulatæ, in quibus tamen cauere debet producens, ne aduersarij intentionem confiteatur.*

3 *Replicationes, duplicationes & aliæ, eadem forma qua exceptiones fabricantur.*

4 *Citationis forma, in productione exceptionum etiam articulatarum.*

5 *Excipiens, non debet obtinere, quod aduersarius decre-*

crudelitate super exceptione respondeat, nisi eam det dispositiue.

6 *Actor tenetur respondere positionibus rei, aliàs non audietur, donec in contumacia persistat.*

1 NOn minus interim dum articuli, testes, & iura ab actore producuntur, rei patronus studere debet suas exceptiones, producere, seu peremptorias & ad merita, siue etiam dilatorias, si forte in litis cõtestatione, vt dixi fuerint reseruatæ, quas qui nescit ex se percipere, ab aduocatis, collatis scripturis, ex actoris intẽtione & rei defensione percipere poterit: nam de illis hic plene tractare non expedit.

2 Quarum exceptionum, si aliquæ probatione indigeant, poterunt articulatæ fieri, in quibus diligenter animaduertat rei patronus, vt nõ cõfiteatur aliquid, quod actoris intentionẽ fundet, sed sẽper sub cõditione & euentualiter excipiat; nã si aduersarii intentio est in mutuo, tunc dicit excipiendo, nihil de intentione partis aduersæ confitendo, in euentũ in quem cõstet aliquam pecuniã mutuatam fuisse, & non aliàs, tunc & eo casu ponit & dicit, & quatenus opus sit probare intẽdit, fuisse aduersario à suo principali satisfactum, vel mutuum fuisse sub fœnore factum, aut adolescenti perdituro, aut quid tale: simpliciter enim excipere vtile consiliũ nõ videtur glo. l. exceptionem. C. de probatio. de qua materia & veritate prædictorum per Canon. c. cũ venerabilis. de exceptio & c. exceptionem obiiciens de regu. iur. in 6. & per Doct. l. non vtique. de exceptio & d. l. exceptionem. C de probatio. Vber. de Bono Accurso antiquiss. Doctor in sua praxi, ti. de exceptio.

per-

peremptoriis, & ibi per Antonium de Tremolis in additio. apud quos & maxime Vbertum compendiosum properantibus patronis, & aptissimum de exceptio. tum dilatoriis cum peremptoriis tractatum, ac etiam earum, quæ post sententiam diffinitiuam opponi possunt, reperies.

3 Hæc eadẽ forma seruabit in Replicationibus, Duplicationibus, Triplicationibus, & aliis successiuis, quę in infinitũ multiplicãtur. l. 2. §. illud. ff. de exce.

4 Hoc igitur casu pars aduersa citabitur ad videndũ productionem exceptionum articularum (si articulatæ fuerint) dicendum contra, quatenus articuli, replicandum quatenus exceptiones, videndum illas & illos admitti, iurare Testes, & committi notario causæ iuramenti receptionem, & examen super illis; & tota causa ad pri. di. & dãdum interrogatoria per totam illam & sequentem dies, & accusata contumacia instabitur pro decreto, & quatenus super illis testes examinandi veniant seruabuntur ea omnia, quæ supra seruanda esse dixi de admissione articulorum, & testium examine in principio.

5 Sed etsi reis patronus circa exceptiones prædictas responsum credulitatis ab actore habere velit, intentionem suam dispositiue & in modum positionis deducere debet, alioqui aduersarius respondere non cogetur, vt dixi supra de positionibus & articulis, vers. animaduertendum.

Produceret igitur reus, qui ab actore responsum desiderat, quandocũque infra tamen terminũ probatoriũ, vt dixit supra de positionibus, ver. hæc omnia. suas exceptiones dipositiue compositas, protestabiturque aduersario copiam non dari, nisi facta re-

responsione, vt supra de positionibus actoris dixi, & si sibi expediet aduersariū non audiri, nec illius probationes recipi, responsione nō facta, hoc protestabitur, & impetrabit ex statuto lib. 1. c. 68. vel si ipse responsum habere cupit, cogat actorem ad respondendum, vel ipsum haberi pro confesso eadem forma, qua vti oportere dixi actorem contra reum.

De dilationibus. Cap. X.

1 *Citationis forma, ad videndum præfigi dilationes statutarias.*

2 *Dilationes statutariæ sunt arbitrariæ, licet de stylo certus dierum numerus dari soleat.*

3 *Dilatio secunda & tertia, breuiores esse debent prima.*

4 *Dilatio tertia, est ad probatum habendum, per omne genus probationis.*

5 *Instrumenta, quæ sunt probationes probatæ, post lapsum tertiæ dilationis, produci non possunt.*

6 *Testes etiam qui in termino iurauerint, post lapsum tertiæ dilationis, examinari non possunt.*

7 *Dilationes statutariæ si omittātur, quia nullus eas petierit, processus nō vitiatur: secus si fuerint petitæ & omissæ.*

8 *Notarius diem examinis testium annotare debet, vt cognoscatur, si infra terminum deposuerint.*

9 *Dilatio secunda, si præfigatur pendente prima, incipiet post lapsum primæ.*

10 *Producens iura vltima die dilationis, facit vt terminus ad impugnandum, aduersæ parti prorogetur.*

QVi properare volunt, siue is actor sit, qui suas probationes fecit, vel in promptu habet, siue

sit reus, qui videns actorem promptas probationes nõ habere, seu nihil probare posse, & eundem à ter-
1 mino probatorio excludere vult, citata parte ad videndum præfigi primam dilationem statutariam; compareat coram Iudice, & partis citatę contumacia accusata, petat primam dilationẽ pręfigi, ex statuto lib. 1. c. 59. & quamuis statutum quantitatem
2 dilationis arbitrio Iudicis iuxta qualitatem causæ relinquat, tamẽ ex præscripto quodammodo curię stylo quinque dierum vtilium pręfigi solent, nõ tamen sublatum est quin longior aut etiam breuior pręfigi possit, si id Iudici ex causæ qualitate videbit. 2. Et idem seruabitur in secũda & tertia dilatione; pro qua quidem secunda quatuor dies vtiles, & pro tertia tres similes præfigi consueuerunt, longiores
3 tamen & breuiores esse poterunt, vt supra proxime dixi, dummodo hæc secunda, vel tertia, prima longior non sit. argum. l. 2. & auth. ei qui. C. de temp. & rep. appella.
4 3. Tertia tamen dilatio ex prędicti statuti forma nõ solum ad probandum pręfigitur, sed etiam ad probatum habẽdum, per omne genus probationis: quo fit, vt post illius lapsum, nec instrumenta, (quamuis
5 sint probationes probatæ, vt dicit Bald. c. cum dilectus. circa med. extra de fide instr. Dec. cons. 423. n. 10. & alias quandocunque vsque ad causæ conclusionem produci possint. d. c. cum dilectus. cum nota. extra de fid. instr.) admitti in casu nostro, nec recipi debeant. Bald. d. c. cum dilectus. circa med. quem ibi sequitur Felyn. n. 34. extra de fide instr.
6 Quibus adstipulatur, quòd quamuis testes inducti in termino sic vt præmittitur ad probandum &

pro-

probatum habendum præfixo, iurauerint; si tamen cum effectum non deposuerint, vlterius examinari non poterunt. Saly. l. si quando. n. 8. vers. & pondera. C. de testib. & latè Felyn. c. licet causam. n. 22. vers. tertius casus. de probatio. post Bal. Spec. Ioan. And. Imol. Abb. Domi. & alios de quibus per eum. & dicam infra, vers. iam dixi.

Et quando post lapsum termini liceat probare, late per Felyn. qui dat regulas cum multis fallentiis d. c. cum causam. vsque ad n. 24. sed diligens patronus, vt disputationes euadat, breui curriculo ad signaturam, vt sæpius dixi pro termini ad probandũ præfixione, aliquo quæsito colore recurret. 8

7 Accidit quandoque facta litis contestatione, & debitis probationibus, quòd actor properans, dilationibus non præfixis, nec ab aliqua parte petitis pro se pronuntiare obtinuit. quare dubitatũ de viribus sententiæ fuit, asserentibus aliquibus propter omissas dilationes processum & sententiã sustineri non posse, cũ maxime statutum prędictum antiquũ lib. 5. c. 1. post quàm dandas esse dilationes pręcipit, clausulam subiecit irritantem: quo fit, vt formam dedisse videatur. Bal. l. 1. in prin. & ibi Ang. ff. de lib. & posth. quã nõ seruata actus corruit, vt ibi per eos. Contrarium tamẽ obtinui per tex. l. 4. §. hoc autem iudicium. vbi Bar. magistraliter declarat. nũm. 2. ff. de dam. infec. cuius doctr. sequitur ibi Imo. & Alex. & hoc verissimũ in casu nostro. in quo verba dilationis præfigendœ ad Iudicem diriguntur. cum igitur nullus petierit, Iudex non tenebatur suum officium nõ petentibus impartiri nisi miserabiles personæ fuissent rei cõuenti, vt ibi dicũt Doct. pręfati. 9

valida, tenuit Grat. consi. 78. col. 1. & 2. vol. & hæc secunda incipiet prima finita.

10 Illud vltimo loco non omittam, quòd si actor, vel reus productionem iurium ad vltimã diem vltimæ dilationis differt, ad hoc vt aduersæ parti viam reprobandi, seu contrarium probandi præcluderet, nihil aget: nam tunc parti, contra quam producitur, noua dilatio ad opponendum, & opposita probandũ dari debet, seu data prorogari, ita oportune prouidet statutum lib. 1. c. 77. quod statutum maximam continet & iustitiam, & æquitatem.

De testimoniorum publicatione Cap. XI.

1 *Testificatis didicitis, nihil vlterius super eisdem, aut directo contrarijs capitulis, per testes probari potest.*

2 *Publicatio testium non impedit nouam productionem, in casibus pluribus hic notatis.*

3 *Publicatio testium, an intelligatur facta, ex solius copiæ decreto, an requiratur percunctatio testimoniorum.*

4 *Terminus ad impugnandum testificata, quot dierum sit, & quando incipiat.*

5 *Termino ad recipiendum copiam testium elapso, adhuc petens poterit testificata impugnare, si terminus ad impugnandum non sit lapsus.*

6 *Contumacia vnius actus nunquam se extendit ad alium actum.*

7 *Cautela vt intimetur parti, copiam testium esse perfectã, & per Iudicem pronuntietur, tempora currere.*

8 *Publicatione petita non obstante, si Iudex pronuntiet, non propterea erit sententia nulla.*
9 *Publicationem petens si ei denegetur, appellare debet.*
10 *Appellationis à denegata publicatione forma.*

FActis probationibus, pars quæ testificata scire vult, vel ad effectum vt cum dictis testium Iudicem informare possit, vel etiam vt eorum testium dicta & personas refellere possit, eorundem depositionum publicationem petet, facta prius matura deliberatione, si quid sibi probandum remaneat.

1 Nam post quam testificata didicerit, scire debet, sibi viam præclusam esse vlterius super eisdem aut directo contrariis capitulis testes producendi, auth. at qui semel. vbi Bar. & omnes. C. de proba. c. fraternitatis. vbi Canoni. extra de testib. in quibus etiam locis declaratur, quæ dicantur eadem capitula, & quæ pugnantia, de quo etiam per Papien. in sua praxi. de for. oppo. contra testes. vers. suntque publicatis, per totum.

2 Nisi forte, ad scripturę concomitantiã testes alij producerentur, quo casu & sequentibus non obstante publicatione admitti deberent. Roma. sing. 80. tu habes. Afflict. decis. 216. in si. Vel nisi pars ad probãdum non fuisset admissa. Afflict. decis. 266. fuit in quadam. Aut nisi de medicorum, aut peritorum testimonię quęreretur, Hypp. sing. 66. publicatis. Vel nisi producerentur testes legalissimi, & omni exceptione maiores, vt dicit Hypp. l. 1. §. fin. n. 11. ff. de quæst. Vel nisi testes essent de nouo repeti, vt idem ibidem, n. 17. Vel nisi super cicatrice remansura, vt ibidem, n. 46. Vel nisi non ad nouam probationem,

sed

sed ad declarationem iam probatorum, vt idem ibi. num. 47. Vel nisi illi testes quorum dicta publicata sunt, rite recepti non fuissent, vt ibidem, n. 51. Aut si aliqua iusta causa ad id Iudicis animũ moueret, ibidem, n. 53. Vel nisi ęquitas suaderet, nu. 57. Aut nisi Iudex nominatos pro absente ex suo officio interrogare vallet, vt idem Hypp. vbi supra, n. 9. Vel nisi minor, Ecclesia, aut mulier, per viam restitutionis in integrum id petant, de quo Afflict. decis. 216. quotidie. Aut nisi perempta instantia causæ, in quã publicatio facta fuerat, noua instantia inchoata sit. Vel nisi tractetur de probatione per rei euidentiã. Vel nisi testes ex aduerso examinati, producẽtis intentionem non probauerint, quoniam eo casu altera pars super articulis de directo contrariis, testes producere poterit, publicatione non obstãte. Vel nisi vnus ex collitigantibus probauerit intentionem suã per duos testes, alius per tres: nam eo casu is, qui probauit per duos, post publicationẽ poterit & alios super eisdẽ inducere, vt hos casus nuncupatim prosequitur Afflict. vbi supra, quæ loca & limitationes sufficiat indicasse. hęc enim tyronibus diriguntur, ceterum de eorundẹm veritate, & de aliis, quę hic non retuli, videre licet in locis præallegatis.

3 Quando autem dicatur facta publicatio ad effectum excludendi quem à productione super eisdẽ, vel contrariis, Ro. decis. 971. nota quòd si in aliquã causa. aliàs, de prpbatio. 30. in anti. dicit, quòd sufficit quòd copia sit decreta, licet pars iuret se non habuisse. Bar. autem requirit percunctationem, aut copiæ traditionem. d. authen. at qui semel. nam secundum Bar. non sufficeret, si quis perfunctorie testiũ

dicta legisset, & ita obtinet Curiæ stylus. & sæpe habui commissiones à signatura iustitiæ, vt, non obstante publicatione petita, & quòd copia fuerit decreta, ad probandum admitteret, si testificata non didicissem.

4 Hæc publicatio, vt ad eam redeam à Iudice conceditur cum termino statutario, qui terminus ex statuto lib. 1. c. 78. est dierum vtilium quinq; à die habita copia ad opponendum, & opposita probandum tam contra personas quam dicta testium, qui terminus currit ipso iure absque Iudicis ministerio, & incipit vel à die traditæ copiæ, vel ab ea qua Notarius illam tradere tenetur ex statuto prædicto, quæ dies est declarata per aliud statutum, & lib. 1. c. 28. ideo diligenter in hoc animaduertendum est, ne quis à facultate opponēdi sua negligentia cadat.

5 Nam quòd quidam arbitrati sunt, quòd, si in termino copia non recipiatur, petens exclusus etiam à termino ad opponēdum intelligatur, falsum puto, primo, quia statuta prędicta c. 28. & 27. nullam, nō recipienti copiam, pœnam imponunt, sed tantum dicunt, quòd tempus currat, ita quòd non sit opus petentem ad recipiendum vlterius citari, quo casu nō debet petens post illum terminū priuari dilatione data ad reprobandū, quia pœnæ locus nō est nisi exprimatur etiam in statutis, auth. de non elige. secun. nuben. §. cum igitur. late Ias. l. cum quidam. col. 4. ff. de lib. & posth. Rota per Cassa. de iur. iur. decis. 2. n. 3. pœna autem contumaciæ non reluentis hæc est, vt terminus currat sine restitutione, vltra quam nulla dari debet: quia contumacia nullam aliā habet pœnam, nisi à lege inductam & declaratā, Cor.

conf.

consf.55. nu.24. vol.2. excluso igitur termino ad copiam recipiendam, remanet terminus ad opponendum: quia statutum non prohibet, quin alia die copia dari possit.
6 Secundo, quia nunquã contumacia vnius actus se extendit ad alium actum. gloss.c. cum qui. ad fin. verb. non teneris. de dolo & contu. lib.6. & ibi Phil. Fran. Cyn. post Pet. in auth. qui semel. C. quo mod. quand. iud. absurdissimum enim esset dicere, quòd qui non recipit copiam libelli, esset à facultate excipiendi contra eundem libellum exclusus; aut quòd qui non accipit in termino copiam articulorum & iuriũ, interrogatoria formare & contra iura excipere non possit: & nihilominus tanta cõnexitas & dependentia est vnius actus, quãta alterius ad copiam petitã.
7 Consueuere tamen aliqui, facta testimoniorum copia aduersarium citari facere ad illã reuidendum & videndum pronuntiari tempora currere, vt omnis difficultas tollatur. tamen, vt dixi, sine citatione tempora currerent ipso iure.
8 Si Iudex nõ obstante publicatione petita, in causa diffinitiuè pronuntiaret, nõ propterea nullitatis vitio sentẽtia subiaceret. Inn.c.fi. de hære. in 6. Imo. l. diuus Adria. col.2. ff. de re iud. Iacob. But. & Bar. l. prolatam. C. de senten. Bar. in extrauag. ad reprim. in verb. sine figura. Alex. d.l. diuus. nu.4. Felyn. post Abb. & Inn. c. cum I, & A. col.2. n.2. extra de re iud. quidquid voluerint domini de Rota per Felyn. relati, sed eo casu is, cui publicatio denegata est, vt dicunt præfati Imol. Alex. & Felyn. debet appellare à denegatione; & sententia per viam grauaminis reuocabitur: quia Iudex grauat aperte, tollendo

do impugnandi facultatem.

19 Animaduertendum tamen est in modo appellādi. nam si Iudex, denegata publicatione, pronuntiaret, & appellaretur à definitiua, quamuis aliàs hæc appellatio trahat secum cognitionem omnium interlocutoriarum, etiā earum, quæ in iudicatū abierunt. c. fin. de appella. in 6. hoc tamē casu nihil ageret: quia in specie debet à denegata publicatione appellare, ita Imol. d. l. diuus. & Felyn. post Abb. d. c. cum I, & A. & tenuit Ro. per Cassa. de appella. in 6. nu. 2.

Is igitur, qui à denegata publicatione appellabit, formiter in scriptis & expressa causa, vt ab interlocutoria, appellare debet, vt clare colligitur ex dictis Felyn. & Cassa. vbi supra, ideoque qui intricationes fugiunt, si aduersarius publicationem testium petit, liberaliter concedi faciunt, & vt aduersario cito copia fiat, procurant, vt eosdem quanto citius fieri posset, à termino excludant.

De reprobatione testium, & declaratione vsus tam testium quàm iurium. Cap. XII.

1 *Citationis forma pro habenda declaratione ab aduersario si vult testibus vti.*

2 *Articulos falsos dans, & super illis testes inducens, si principalis sit de falso puniri potest.*

3 *Falsis testibus vtens ignorans, non punitur nisi interrogatus declarauerit.*

4 *Interrogatus si vult vti testibus per eum examinatis non*

is non potest conditionaliter respondere.

5 *Procurator non admittitur, ad declarandum velle vti testibus vel iuribus, sine speciali mandato.*

6 *Cautela renunciandi testibus sine suspectione.*

7 *Interrogato non specifice respondenti, terminus praefigi debet.*

8 *Cautela at articuli dentur per procuratorem.*

9 *Cautela informandis articulis, quando procurator vere, factum non plene nouit, ne in falsum incidat.*

10 *Iuribus productis, si falsi suspicio aduersae parti incidat, vsus declaratio petitur.*

11 *Forma excipiendi contra testes, publicatione habita.*

12 *Tempus reprobationis testium, est dierum quinque ad probandum & probatum habendum.*

13 *Testes inuicem pugnantes in facto, quaestioni per Senatorem subijci debent, & credetur ei qui in tormentis persistet.*

1 Copia recepta, si is contra quem producti sunt viderit eos à veritate declinare, aut ipsos falsũ deposuisset suspicetur, cupiatque producentem illaqueare, aut eidem scrupulum iniicere, principalem, aduersarium citari faciat ad declarandũ, si intendit vti testibus, pro eius parte examinatis, pro veris & legalibus, cum sint ipsi instanti citra iniuriã loquendo de falso suspecti, & intendat eos de falso reprobare; & contumacia accusata, si petẽs hoc, reus sit, qui causae expeditionẽ non curet, protestetur quòd sibi terminus ad refellendum nõ currat, nisi declaratione facta, & super hoc petat per iudicẽ interloqui, quòd iudex facere debebit. sin autem is, qui testes reprobare vult, actor sit, & qui expeditionẽ procuret

adii-

adiiciat in citatione alias ad videndum pronũtiari nullam de illis rationem habendam esse & ita Iudex pronuntiare debebit, cum termino tamen, vt puta nisi ad primam, vel secundam, aut quid tale.

2 Hæc ideo fiunt, quia si testes falsum deposuisse conuincerentur, pars illos producens, nisi probaretur subornasse, aut corrupisse, vel falsos articulos dedisse de falso puniri nõ posset, & semper falso de-

3 tecto posset ab vsu eorundem abstinere: ea igitur de causa ea declaratio petitur, vt saltem producens, si non ex fabricatione, ex vsu de falso puniri posset. l. si falsos C. de falsis.

4 Cautela prædicta sumitur ex Bar. l. diuus 2. ff. de fal. quẽ ibi sequitur Alex. in apost. reprobata opin. Spec. sequitur & Bal. l. fi. C. si ex falsis instrumentis. Ang. de malefi. in verb. falsario. nu. 42. & post eum ibi Hier. de Gran. Veronen. caute. 53. communiter per Fely. c. pręsentium. num. 12. extra de test. Afflic. decis. 189. facta publicatione, quorum ex dictis eliciuntur conclusiones, prima quòd non admittetur responsio conditionalis, volo vti quatenus verũ dixerint, si pars opponat, sed simpliciter ad interrogationem respondere debet.

5 Secunda, quòd non admittetur procurator ad declarandum velle vti, quia cum mandato quantumuis generali, etiam cum libera, procurator dominum in delictum inducere non potest. l. si procurator. ver. Celsus. vbi Bar. ff. de condi. indeb. cum concordicet si haberet mandatum cum libera, posset declarare nolle vti.

6 Tertia, quòd, qui renũtiare vult, ne in suspicionẽ se & suos testes inducat, nõ debet dicere simpliciter, nol-

nolle vti testibus, sed dicere, quòd ex quo non putat eos testes sibi ad victoriam necessarios, ideo illorum vsui cedit.

7 Quarta, quòd non specifice respondenti terminus ad deliberandum præfigi debet.

8 Quinta, quòd qui testes induxi super articulis falsum continentibus, etiam si velit ab vsu desistere, non audietur, quoniam falsum fabricasse creditur: sed hoc verum si principalis articulos dedit. secus, si procurator, qui principalem falsæ pœnę alligare non potuit per supradicta, per quę alias seruaui nobilem mulierem a pœna falsi.

9 Hæc de causa, cauti patroni, vt dixi materias articulorum iuramento principalis specificari procurant; & cautiores in fabricatione articulorũ, quorũ veritatem non habent, apertam, in fine cuiusque articuli adiiciunt hanc clausulam: & aliàs prout testes de præmissis informari pro veritate deponent.

10 Hæc omnia etiam procedunt in iuribus productis, vt si ea à producente non fuerint fabricata, de falso puniri non possit, nisi ex vsu: & ideo cauti patroni declarationem, quam supra dixi à producentibus fieri petent; & reliqua in omnibus, & per omnia, sicut de teste proximè dixi, seruantur, vt docent Doct. locis præalleg.

Sed si actor, aut is, ad cuius instantiam testes sũt recepti, illis vti velle declaret, tũc reus supra formabit exceptiones contra personas, & dicta, quas etiã, si quid probandum erit, articulatas cum testium inductione dare poterit, parte citata, vt supra de exceptioui bus dixi.

11 Qua in re animaduertendum est, quòd cõtra personas

sonas testium omnes competētes exceptiones,(dũmodo id modeste fieri oportere meminerimus)dari poterunt,de quibus per Spec.de teste.§. opponitur. cũ locis ibi notatis per totum, sed cõtra testium dicta nihil directa contrarium poni potest. c.veniens 2.extra de testib.c.fraternitatis.extra eo. nisi is, qui contrarium eius,quod testis deposuit,probare velit, ipsum testem,pecunia corruptum,falsum deposuisse diceret. nam si de corruptione non poneret, ad probandum nõ admitteretur.Bar. authen.at qui semel C.de proba.nu.25.& seq.& ibi Bal. vers.sequitur,Castr.Imol.& Alex. d.l.diuus.ff.de falsi. Abb.& Parif. c.fraternitatis.extra de testib. Afflict. decis. 216.quotidie.ad fin.

12 Curabit tamen reprobare volens,vt opposita infra quinque dies vtiles probet: alioquin remaneret exclusus, quia terminus iste in statuto prædicto lib. 1.c.78.currit sine ministerio iudicantis.

13 Si testes inuicem in facto pugnantes reperirentur, iudices tenentur illos Senatori denũtiare,quod & litigatores ipsi facere possunt, qui Senator illos carcerari faciet,& credet ei,qui in tormentis in suo dicto persistet,lib.2.c.47.

De Assettamento,illiusque voto.

Cap. XIII.

1 *Assettamentum quid sit.*
2 *Senator quot iudices haberet antiquitus.*
3 *Assettamentum quibus diebus & horis congregetur, & ex cuius institutione.*
4 *Forma voti Assettamenti.*

5 Vo-

5 *Votum totius assettamenti an dicatur, si vnus ex quatuor discordet.*
6 *Votis æqualiter diuisis quid faciendum sit.*
1 *Votum assettamenti in quibus articulis adhiberi debeat.*
Voti, petiti assettamenti omissio, actum ipso iure corruere facit. ibid.
8 *Votum aßettamenti scribi debet per Notarium met causæ.*
9 *Votum assettamenti, iudex ex se capere debet etiam partibus non petentibus, si de aliquo dubitet.*
10 *Votum aßettamenti contra statuta seu iura non tenet.*
11 *Votum quo modo capi debeat, si vnus iudicum ægrotet.*

1 ASsettamentum, (quòd appellant) est congregatio omnium Iudicum Capitolinæ Curię, sedendo facta, ad effectum discutiendi, iuris dubia contingẽtia, in causis tam ciuilibus, quam criminalibus, iuxta quorum votum & resolutionem, iudex causæ procedere, pronũtiare & terminare tenetur.

2 Olim Senator sex iudices secum pro Assettamẽto faciendo ducere tenebatur, duo scilicet Collaterales, duos alios qui publici iudiciis & criminalibus causis præesset, alium qui cognosceret de rebus ad Cameram spectãtibus, & de causis criminalibus ciuiliter intentatis, Sextum, qui cognosceret nũtiationem noui operis & de occupatione viarũ, & platearum Vrbis, ex antiquo statuto lib. 1. c. 5. Hodie, vt dixi in initio, tres sunt: nam de causis criminalibus vnus cognoscit, de reliquis Senator, primus & secũ-

dus

dus Collaterales, relicta cognitione rerũ ad Cameram Ro.Po. spectantium Illustribus dominis Conseruatoribus, & viatum cura Magistris, qui quotannis à Pontifice creantur: de quibus forsan dicemus.

3 Quatuor igitur iudices prefati, licet olim nullo habito dierum aut horarum discrimine se congregarent, tamen ex institutiore illustris Francisci Bellenzini, Equitis Mutinensis, & Senatoris dignissimi singulis diebus Martis, Iouis, & Sabbathi, si dies ipsi feriati nõ fuissent, eorundem cõgregatio fiebat, facta etiam causarum patronis, & coniudicibus, per schedulam iudicis manu subscriptam, denuntiatione, de qua causa, siue etiã de quo articulo discutiendũ sit: quo fiebat, vt omnis confusio cessaret, & partibus facultas informandi detur, hodie vero ita fieri mandat statutũ lib. 1. c. 79. sed si causæ sint breuiores, aut criminales, vel quæ sui natura celeritatem desiderẽt, & aliis diebus, & horis assettamentũ fieri poterit, qui alii dies non excluduntur, sed isti de necessitate includuntur. Præscriptis autẽ diebus summo mane in cubiculũ Senatoris se claudunt, ibidemque quilibet ipsorum causas quæ coram ipso ventilantur, facto recitato proponit, ex quo facto dubia eliciuntur, quæ si à partibus iam monitis plene dilũta nõ fuerit, facta inter eos discussione si eis vel eorũ

4 maiori parti de causa liquet, causæ illius Notarius vocatur, qui de eorũ voto & consensu duobus testibus adhibitis rogatur, ideoque votum assettamẽti appellatur: cuius hec fere est forma. Illustr. Franciscus Belencinus Senator, Magn. Caleatius Pogius primus Collateralis, Magn. Io. Bap. Bizonus secũdus Collateralis, & Magn. Frãciscus Antonius Sceuola,

Iu-

Iudex maleficiorum, in Camera Illustr. Senatoris congregati, habito colloquio super causa vertente coram D. Primo Collaterali inter Philippũ Philopatrē ex vna, & Mutiũ Mullũ ex alia, de & super prioritate, & potioritate iurium & hypothecæ fuerunt in voto, vt d. primus Collateralis pronuntiet, & c. Quod votũ Notarius actuarius in suis actis scribere & annotare debet, & partibus nisi Iudice mandāte nec facto, nec verbis propalare, siquidem multoties euenit, quòd Iudices ipsi melius informati eorũ sententiã (vti sapientes decet) in melius mutauerint.

5 Statutum prædictum votum totius assettamenti requirit, puto tamen, quòd, si tres in vnam sententiam coirent, ab omnibus consensum dici posset, ex regula l. aliud §. refertur. cum ibi nota. per Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. & si vnus aliorum sententiæ non assentiret, posset etiam Notarius describere illum nõ consensisse, vt dicit Cagnol. vbi supra, n. 19.

6 Vidi etiam vota iudicantium diuisa, quia duo scilicet vnum, duo aliud sentiebant. quo casu ad signaturam recursum fuit, & alius ab eadem signatura iudex additus, expresso mandato, quòd esset illud, quòd à maiori parte sentiretur. 8

7 Votum illud in omnibus sententiis, & articulis & in his in quibus, per præsētia statuta appellare permittitur, & quando quis à possessorio ad suspēsum petitoriũ parte opponente transire vellet, si ab altera partium petatur adhiberi debet, ex statuto prædicto c. 78. quòd si omittatur, sententia & actus ipso iure corruit, vt ibidē statutum prędictum declarat, & voluit Bal. in tract. stat. verb. sententia. in 2. nota. quòd procederet, etiam si verbũ ipso iure in statu- 9

to non fuisset appositum. Alex.cons.59. vol.4. ante n.4. Tiraq.ad l.si vnquam.in verbo, reuertantur.n. 153.C.de reuoc.dona. & propterea qui aduersarios illaqueare quærunt sub inuolucro verborum, votũ assettamenti etiam ante tempus sententiæ ferendę petere consueuerunt. quòd animaduertendum. censeo. nam si petitum votum patroni omitterent, cliẽtis pecuniam & ipsorum operam perderent, eorumque honori non minimam notam iniicerent.

Nimis quidem generaliter loquebatur statutum antiquum, in eo quòd subiiciebat, super quolibet præiudiciali articulo votũ assettamenti, si petatur, adhibendum esse. nam ansam quàm maximã fugiẽtibus præbebat, siquidem in admissione tum iuriũ, tum etiam articulorum, ac exceptionum, & in repositione etiam à repositione, & aliis etiam minimis, quæ quandoque manifestam calumniam demonstrant, peti cõsueuerat, quam tamen calumniã actoris patronus substinebat, ne ex lite litẽ faceret: hodie autem pię & sãctę ad causas prædictas redactus est.

8 Ceterum quòd per causæ Notariũ scribi debeat votum, præcipit statutum prædictum lib.1.c.79. nõ igitur Notarius pro Notario de hoc rogari poterit.

9 Illud non omittendum, quòd licet, pars aliqua votum assettamenti non petat, Iudex tamen causę in negotiis arduis, & sententiis ferendis, à ceteris iudicibus, quid sentiant, petere debet, & Iudices reliqui consulere, & eorum votum dare tenentur. lib. 1.c.79. quo casu necessarium non erit, vt votum in scriptis per Notarium redigatur.

10 Omnium autem iudicum præsentiam requiri, probatur ex d.c.79. ibi, totius assettamẽti, & dixi supra,

pra, quare cum aliquis iudicum aut abest, aut ægrotat, expectandus est: quòd si diu absens futurus sit, Senator de Conseruatorū consensu de alio prouideat, vel in illius locum alterum ex suis iudicibus, vel extra Capitolium deputet, vsque quo impedimētum durauerit, vel alius eligatur, eo. lib. 1. c. 11.

De Instantia. Cap. XIV.

1 *Instantia in causis omnibus ordinariis annalis est.*
2 *Instantia perempta, si actor sententiam obtineret, esset nulla.*
3 *Instantia perempta, reus potest petere se absolui, & sententia absolutoria valet & tenet.*
4 *Instantiæ annus incipit à die contestationis litis.*
5 *Copiæ petitio, aut exceptionis dilatoriæ oppositio, litis contestationem non inducunt.*
6 *Annus instantiæ, est trecentorum sexagintaquinque dierum, excluso die bissextili.*
7 *Statutum nostrum de instantia annali, fauorabile est.*
8 *Instantiæ prorogatio, per solum Papam siue eius signaturam fieri potest.*
9 *Prorogatio instantiæ an fieri possit sine citatione, remissiue.*
10 *Instantia si perimatur, per solum principem instaurari potest.*
11 *Commissio restitutionis instantiæ, an habere debeat clausulam, refectis expensis.*
12 *Instantiam peremptam acceptasse, cuius sit vtilitatis.*
13 *Clausula, refectis expensis, importat conditionem, & ideo illis non refectis, nihil agi potest.*

14 *Instantia perempta, iure communi omnia acta ordinatoria pereunt, iure isto secus.*

15 *Instantia perempta, quomodo acta repetantur, & an de necessitate.*

16 *Repetitio actorum instantia perempta, an sufficiat facta sub vna citatione.*

1 ANtequam Actor sententiam petat, animaduertere debet ad instantiam, quæ in omnibus ciuilibus caussis tã ordinariis quàm executiuis, & summariis biennalis est lib. 1. c. 81. nam si extra instantiã obtineret, actor nihil ageret, quia citationes omnes euanuissent lite iam mortua. l. cum lite mortua. ff. iudica. sol. & hic similis esset ei qui nunquam fuit in iudicio. l. scire oportet. §. consequens. ad fi. ff. de excus. tutor. gloss. Bald. Salyc. Castr. Alex. & Ias. qui dant aliquas limitationes. l. properandum. in prin. C. de iud. qui dicunt ipso iure nullam esse, & hoc in odium actoris, sequitur Staphi. de lite. gra. & iust. p. 7. vers. quando instantia. char. 182. qui loquitur de statuto nostro.

3 Reus tamen pro causæ expeditione instare posset, & se absolui facere, & aduersarium in expensis condemnari, & in eius fauorem sententia teneret, vt dicit statutum prædictum ad fi. Bart. l. fin. C. vt intr. cer. temp. ca. crimi. ter. Castr. d. l. properãdum. in prin. nu. 11. Alex. ibidem, nu. 23. post Ang. ibi, & Bart. d. l. properandum. §. illo procul. vbi hoc voluerunt Bald. & Salyc. Ias. & ceteri. C. de iudic.

4 Annus autem hic computatur à die contestationis litis, seu habitæ pro contestata, vt dicit statutum prædictum, & est de iure, vt notãt omnes d. l. properan-

randum.in prin. Vbi autem litis contestatio non solenniter fit, vt est in causis summariis de quibus suo loco dicam, primus actus, qui fit post oblatam petitionem, in quo de meritis causæ tractetur, pro cōtestatione habetur. Bar.l.properandum. §.& siquidē. C.de iud.Ias.d.l.properandum.in prin.num.7.& ibi Bal.Saly.& Cast. vel etiam si fiat actus, qui post cōtestationem fieri solet, vt est iurium siue articulorū productio. Abb.c.præterea.ad fi.de dilatio. Milis in verbo litis contestatio.vbi non requiritur.

5 Dixi actum, in quo de merit s tractatur, quia petere copiam aut declinatorias seu dilatorias exceptiones opponere, contestationē non inducunt, nec illi æquipollent, quia cum istis merita non tanguntur.l.non videtur.C.de iud & dicunt omnes, & maxime Ias.qui late prosequitur d. l.properandum. in princ.nu.6.& 7. C.de iud.Bal.l.nulla.& ibi Ias.C.de procur.Canon.c.pen.col.fin.extra de iud.

6 Annus autem computabitur trecentorum sexaginta quinque dierū.l.anniculus.ff.de verb.sign.excluso die contestationis, seu actus per quem lis pro contestata habetur, & hoc propter præpositionem A. quæ ipsam contestationis diem excludit, gloss c. statutum.de præben.in 6 cle.sicut.de appella. Abb. c.super nu.13.de appella.Bald & Castr.l.1.ff.si quis cautio. Quòd verū nisi annus haberet bis sexto calēdas, quia tūc, esset trecentorum sexaginta sex dierum currentium, vt l.cum bissexto, & ibi Alcia.ff.de verb.sign.sicque eo bissextili anno, quamuis annus fingatur trecētorum sexaginta quinque dierū, erit tamen trecentorū sexaginta sex, excluso, vt dixi, cōtestationis die.quo fit, vt si forte vigesima quinta die

Februarii contestatio facta fuisset, vigasima quarta die facta censeatur, & sic de sententia, si eo die eam ferri contingeret, vt in d.l.notatur.

7 Fauorabile siquidem est statutum hoc, & propterea omnes ciuiles causas etiã, & dotales, & quocunque fauore prædıtas complectitur d.l.properandũ.in prin.C.de iud.Bar.in extrauag. ad repri. verb. nõ obstan. col. 2. vers.& alia constitutio. Imol.l. 1.in prin.ff.sol.mat.& ibi Bulg.nu.53.qui dicit, quòd, si instantia dotis non continetur sub generalitate. l. properandũ.non esset fauor, sed odiũ, & Parpa.ibi, n. 11.qui dicit istam esse commu.opi.Nicella in cõcordia 337.qui cumulat infinita. Georg.Nata, Clemen.sæpe §.quæ omnia.col. 32.& seq.in 3.& 8.fundamẽto, de verb.sign.& hoc idem voluit Rip.d l. 1. nu.43.reprobata opi.Castrens.& Ias.ibidem.& credo in dubium cadere non posse, quin sit fauor vt lites citius terminentur.c.finem litibus.de dolo & cõtuma.& ita vsu receptum est, quando ordinaria vel summaria, vel etiam executiua via, dotis causa in iudicium deducitur, vt dicit statutum prædict.

8 Prorogatur hęc instantia per solius Papę rescriptũ, sublata iudici & partibus prorogãdi facultate.

9 Vtrum autem sine citatione hęc prorogatio in vim rescripti fieri possit, & quando vide, quæ dicã infra de fatalibus, siue temporibus appellationis prosequendæ, vers.euenit.

10 Scire oportet, quòd si hęc instãtia labatur, per solũ principẽ instaurari poterit, sicut enim solus Deus mortuos viuificare, ita solus Princeps peremptam instantiam restituere potest. Capici.qui refert id tenentes decis.165.in causa domini Comitis, per totũ.

Hæc

11 Hæc autem restitutionis petitio iustificatur à petentibus cum illa clausula, attento quòd in prima instantia. Et quamuis tēpore Staphi. hæc restitutio non daretur per signaturam, nisi cum clausula refectis expensis, vt ipse testatur in suo tract. signaturæ, lib. 7. vers. quando instātia. quod etiam probatur ex statuto lib. 1. c. 81. ibi, & actor condemnetur in expensis: tamen frequentior & receptior fuit signaturæ stylus apponendi clausulam, refectis expensis, quatenus peremptio per partem fuerit acceptata: quia si acceptatio præcessisset, videtur quodammodo efficacius parti acceptanti ius quæsitum: cui signatura iustitiæ præiudicare non vult.

12 Cautus igitur Rei procurator, cum primum instantiam lapsam videt, compareat coram Notario, & peremptionem instantiæ animo sibi ius quęrēdi pro expensis, acceptet: quo fiet, vt si de ea acceptione in commissione mentio non fiat, subreptitia censeatur: sicque impetrans refectionem expensarum non euitabit.

13 Hoc loco animaduertendū censeo, quòd actor, qui habet commissionem cum clausula, refectis expensis, non prius agere potest quàm expensas refecerit, propter ablatiuum absolutum conditionem importantem. l. à testatore. ff. de condit. & demonst. l. ab emptione. ff. de pact. & ibi notat Bart. in princ. Alex. cons. 119. n. 1. vol. 1. etiam si cautionem offerret, Negusan. in tract de pignor. in 4. memb. 5. part. prin. n. 11. vers. tertia conclusio.

14 Perempta instantia, iure communi acta omnia ordinaria pereunt. d. l. properādum. §. 1. vbi gloss. & Bar. & tradunt omnes, d. l. 2. C. de eden. iure tamen

isto omnia acta fidem faciunt, in quocũque iudicio,
15 d.lib.1.c.81.animaduertat tamẽ Actoris patronus, quòd post instãtiæ restitutionem acta omnia repeti debẽt, par te ad hoc specialiter citata, per doctr.Bar. l.naturaliter.§.nihil commune.in 7. combina.n.32. ff.de acquir.poss.dicentis, quòd, quotiescũque acta in alio iudicio probant, inter easdã personas debẽt repeti & reproduci in iudicio vbi fides eorũ requiritur, cuius doctr.sequitur Alex.l.2.ad fi.C.de eden. & cons.82.col.fin.vol.1.Ias.d.l.2.qui alios id tenen-
16 tes, citat, n.14.& ibidem, Dec.nu. 33.qui declarat, quòd valet repetitio omnium actorum vnica citatione facta.Mathes.161.not. singularem. cum concordan.per prædictos allegatis.

Et quamuis Staphi.in d. tract.lit.iust.libr.7.vers. quando instantia.videatur tenere, quòd requiratur commissio, pro reiteratione actorum vnico contextu facienda in terminis statuti nostri quando est instantia perempta, hoc tamen nũquam receptum vidi, & merito, quia ex sententia præfatorum doctorum, repetitio vnico contextu de iure fieri potest, & ex consequenti commissio non requiritur.

De sententiæ prolatione. Cap. XV.

1 *Forma citationis ad sententia, in causa ordinaria.*
2 *Forma petitionis sententię.*
3 *Forma sententiæ.*
4 *Iuramentum in supplementum probationum.*
5 *Conclusio an sit necessaria iure isto.*
6 *Sententia in scriptis, à Iudice sedente, in ordinariis proferenda est.*

7 *Prin-*

7 *Principalis & Procurator ad sententiam citandi sunt.*
8 *Citationis diffusio quo modo & quo iure fiat.*
9 *Sententia libello conformis esse debet.*
10 *Iudex totam causam absoluendo vel condemnando decidere debet.*
11 *Iudex qui omittit condemnationem expensarum, vel ex causa absolutionem, victori de suo tenetur.*
12 *Victus victori, iure isto, ad expensas tenetur, licet condemnatus non sit remissiue.*
13 *Sportulę iure ciuili sunt permissę, & iure isto in causis ab initio tantum commissariis, permittuntur.*
14 *Citationis ad sententiam forma, in causis in quibus sportulę debentur, & de modo illas deponendi.*
15 *Protestatio, in deposito sportularum omnino fienda.*
16 *Victor gratias agere de bene administrata iustitia, lata sententia debet, vel in parte acceptare si in parte sit fauorabilis.*
17 *Appellare à sententia contra, & in ea parte qua contra debet patronus.*
17 *Appellationem omittere procurator succumbentis impune non potest, & quando appellationem prosequi teneatur.*

1 HIs animaduersis citabitur reus illiusque procurator ad sententiam sub hac forma. Coram domino secundo Collaterali Ro. Palatii citetur Iulius Paulus ex aduerso principalis, & Marcus Antonius eius procurator, ad videndum deferri iuramentum in supplementũ plenæ probationis, quatenus opus
2 sit, necnon ad concludendum & audiendum sentẽtiã ad p.d. Instãte Fabio Africano principali. Qua citatione legitime, vt supra de citatione dixi, executa,

actor in iudicio comparens rei contumaciam accusabit,& petet sibi iuramentū in supplementum dedeferri,concludi,& pronuntiari in eius fauorem,& contra partem aduersam omni modo meliori. Ex tunc Iudex delato iuramento suppletorio (si id exigatur) concludet,& pronunciabit, prout in cedula, quam ibi Notarius causæ leget, vsque ad substātialia verba sententiæ, quæ Iudicis manu scripta esse debent: illa vero substantialia Iudex ore proprio legēdo proferet,& Notarius de his rogatus testes adhibebit,quorum nomina in actis rediget. forma autem sententiæ hæc erit.

3 In Dei nomine Amen. Nos Sempronius Philaretus foro Sempronienfis Iuris vtriusq; Doctor,Capitolini fori secundus Collateralis,cognoscentes de lite,causa,& controuersia,quę corā nobis versa fuit, &nunc vertitur,indecisa,inter Fabium Africanum agentem,& Tuberonem Campanū, illius procuratorem,ex vna & Iulium Paulū reum conuentum,& Marcum Ant.eiusdem procuratorem, ex alia,de & super vēditione palatii nuncupati Labeonis in foro Olitorio,rebusq; aliis in actis causę & causa[illegible] prædictarum latius deductis, coram nobis int[illegible]ductis virtute petitionis,siue libelli,cuius tenor talis [illegible]t. Coram vobis &c.

Vnde viso per nos dicto libello,visisq; [illegible]ticulis, exceptionibus, testiumque depositionibus, ac iuribus omnibus,& monumentis, hinc inde productis, & exhibitis,ac actis hinc inde factis,partibusq; cum eorum procuratoribus & aduocatis informantibus & allegantibus in iure & in facto sępe sępius auditis,visoque extractu omnium actorum, (si adsit) visoque

soque voto assettamenti(si adsit) visaque postremo citatioue ad hanc nostram sententiam audiendam pro hac die & hora coram nobis legitime facta talē inter dictas partes de voto totius assettamēti (si adsit) sententiam damus, proferimus, & promulgamus in his scriptis,& in hunc,qui sequitur,modum. Christi benedicti,eiusq; gloriosæ semper Virginis matris Mariç nominibus inuocatis pro tribunali sedentes,solumque Deum prę oculis habentes,talem inter partes prædictas de voto totius assettamenti (si adsit)sententiam damus,proferimus.& promulgamus in his scriptis, & in hunc, qui sequitur, modum, Quia dicimus &c.

Hæc autem verba;quia dicimus,vsque ad sententiæ finem propria manu ipsius iudicis vt dixi scribenda erunt. Quibus iudex in hanc formam se subscribet: Ita pronuntiaui ego Sempronius Philaretus, secundus Collateralis.

4 De iuramento in supplementum probationum deferēdo, quando & cui deferri debeat,late per Doctor.&maxime Ias.l. admonendi.& præcipue in repetitione.ff.de iure iuran.qui alios cumulat,ibi;qui indiget,recurrat.

5 Conclusio quodammodo pro forma hoc in loco fit. nā tertia dilatio, vt supra suo loco dixi,vim conclusionis obtinet.igitur quæ de conclusione quęrentur,ibi quærenda & disputanda erunt.statutū enim nostrū lib.1.c.59. post tertiam dilationem post habitis aliis solemnitatibus iuris,nihil aliud quàm sententiæ prolationem requisiuit.

6 Sententia tamē in scriptis,vt dixi & ab ipso iudice sedente pro tribunali proferenda erit, quia aliàs

non

non teneret.l.1.& fin.& ibi omnes. C. de senten. ex breui.recitan.

7 Quòd procurator & principalis secundum traditam formã citentur,necessario requiritur,vt dixi supra de in ius vocando,& iure ciuili consonũ est l.1. C.de sentent.late per Alex. l.nihil. C. de proc.licet secus sit iure Canonum, gloss.c.querelam.extra de deci. Ro.sing.20.quòd lex prima. Sed si plures procuratores habeat reus,attendenda erit forma tradita lib.1.c.53.vbi dicitur,quòd vnum citasse sufficiat dummodo is onus acceptauerit,vltimo loco comparauerit, & penes acta reuocatus non fuerit.

8 Accidit frequenter, quòd iudex ea die, qua reus ad audiendam sententiam vocatus est, eã proferre aut nolit aut non possit: & tunc facta per actorẽ debita instantia,iudex consueuit, ne omnino petentẽ spernere videatut,citationẽ ad p. d. diffundere exẽplo.l.2.§.si quis in iudicio ff.si quis cautio. & eius, quòd dicit Bald. l.1.nu.18.vers. & si illa die. C. quo mod.& quan. iudex. qua die actoris procurator coram iudice sedente comparere debet,& repetita citatione & illius diffusione,iterũ rei contumacia accusata,pro sententia instare:nam si iudex alia die, quã citationis,seu illius diffusionis sententiã ferret, nihil ageret,Bar.l.fi.§.fin.ff.quòd vi aut clam.Abb. post Inn.Ant.Archi.& Rotam.c.cum dilecti n. 18. vers.7.de dolo & contu.Alex.l.4.§.Iulianus.n.48.ff. de dam.infec.Dec.c.consulit. col.fin. extra de offic. dele.qui dicunt hanc esse magis commun. opin.

9 Sententia autem,libello seu petitioni conformis esse debet, cum vltra petita iudicis officium se non extẽdat.l.vt fundus.ff.commu. diuidun.l.si ex testa-

mento.

mento.cum concor.ff.de exceptio. rei iud. nisi forte in rescissoriis.l.bouem.§.aliquando.ff.de ædili edic. Ro.cons.648.quoties.Bald.l.pen.nu.7.C.de ædili. actio.& propterea Iudex hoc diligenter animaduertere debet.

10 Debet etiam animaduertere, quòd totam causam petitionis decidat & terminet absoluendo, vel condemnando, prout sibi iustum visum fuerit; aliàs sibi ipsi litem faciet, ex statuto lib.1.c.59.in fi.& sententia forte non valebit. l.in hoc iudicio. ff.fami. ercisc. l.etiã.ff. de mino. vbi Doct.c.cũ inter.extr.de re iud. vbi Canon. & maxime Fely.qui ponit hanc regulã cũ quatuordecim limita.à n.13. vsque ad n.19.quo in loco bellissime distinguit Fely in prima limi.inter vnũ, vel plura capitula, & quando dicatur separatũ & quando connexum: animaduertendũ tamen est, quòd Fely.in loco prędicto, col.4. vers primo nisi sit actum, &c dicit, quòd quando est actum, quòd iudicetur super toto, etiam tacite, vt ipse exemplificat in causa cõuentionis & reconuentionis, tunc Iudex debet omnino super toto, etiã si essent capitula separata, pronuntiare. quo fit, vt stante statuto nostro prædicto, per quòd præcipitur super toto pronuntiari, quòd si secus fieret etiã in casibus limitationũ Fely.sententia esset nulla, propter formã statuti non seruatam, stante præsertim clausula irritãtis in confirmatione statutorum, per Pontificẽ appositam, iunctis his quæ dicit Ias.l. pacta, quæ contra, n. 11.C. de pact. Sarnen. in reg. de Idiomate. quæst.8. nisi dicamus statutũ ad causã petitionis respexisse.

Vnum etiam admoneo de mente Fely. vbi supra, col.4.ver.2.restringe.quòd licet sentẽtia esse nulla,

si Iu-

si Iudex in parte summę petitæ condemnaret, & in reliqua non absoluere.l.1.cum nota.C.si aduer.rem iud.l.quid tamen.ff.de arbi.iunctis his quę proxime retuli, si tamen vel ex oppositis cõtra actorem exceptionibus, vel ex verbis narratiuis sentẽtię, aut aliàs posset percipi animus iudicis absoluendi in reliquis, censeretur reus ab omissa parte absolutus, & sententia sustineretur: quòd mihi valde notandũ visũ est.
11 Aliud etiam non omitto, quòd quamuis aliàs Iudex, qui omitteret condemnationem expensarum, vel ex causa absolutionem, de suo victori teneretur. l.properãdum §.sin autem alterutra.vbi glos. & omnes.C.de iud.tamẽ quia statutum lib.1.c.196.man-
12 dat, quòd victus victori teneatur reficere expensas, etiam quòd non fuerit victus ipse in expensis condemnatus, hoc casu expensarum condemnatio non erit necessaria, quia condictione ex statuto debentur; vt infra, suo loco latius prosequar.
13 Sportulas Iudicibus etiam delegatis accipere iure canonũ inhibetur, c.cum ab omni. extra de vita & hon.cler. licet de consuetudine male obseruetur, vt ibi ꝑ omnes, Iure ciuili vsque ad duos aureos pro qualibet parte sunt permissę.auth.de iudicibus.& vt nullatenus, &c.§. ne autem.gloss.& Bar. auth.offeratur.C.de litis contest. Statutum vero lib. 1.c.44. mediam quodammodo viam eligens, in causis meris commissariis tantum, & inter personas Capitolino foro non subiectas, seu quarum altera non sit subiecta, & non in his, in quibus per commissiones iurisdictio excitatur, illas exigi permisit, quarum quãtitas sequenti statuto c.45. secundum valorem causarum limitatur, ita vt ad summum duo aurei nostri
tem-

temporis pro qualibet parte & non vltra exigãtur, pœna imminente Iudici recipienti & parti dãti, vltra sententiæ inualiditatem, quæ ipso iure inducitur, vt ibidem disponitur.

14 Eo igitur casu, quo sportulę debentur in citatione, quæ fit ad sententiã, ante verba illa ad videndũ deferri iuramentũ, &c. apponũtur ista, ad deponendũm deponique videndum sportulas, animo tamen repetendi, ex prædicto statuto lib. 4. c. 11. & contumacia non deponentis sportulas accusata, deponit actor pro parte aduersarii animo repetendi ab eo-

16 dẽ, & pro parte sua etiã: cum expressa protestatione, quod Iudici non consignẽtur, nisi si & quatenus de iure & ex forma statutorum debeantur, & non alias, &c. & similiter in termino diffusionis, si citationem diffundi contingeret, in repetitione citationis depositum quoque sportularum & protestationum prędicta repetentur.

17 Hęc protestatio sustulit quandoq; multas disputationes eorum, qui putabant iudicẽ accepisse sportulas indebitas, & ex consequenti sententiam nullã esse quia is qui deposuerat, protestatione iuuabatur eo quia ipse non consignasset, nec consignari mandasset, ex statuto prædicto.

Lata igitur sententia partes actoris erunt, si suo clienti tota fauorabilis sit, eam approbare & laudare, & gratias iudici de bene administrata iustitia referre; sin autem partim fauorabilis, partim contra, acceptare quatenus pro parte sua faciat, & gratias, vt dixi, referre, quatenus contra & ab ea parte, qua contra appellare, vt infra tit. de appellat. vers. effectus, latius prosequar.

Ce-

19 Ceterum, quòd ad formam appellationis illiusq; prosecutionem attinet, loco proxime relato, vers. forma latius attingam. sat enim hic fuit monere patronos, quòd à sententiis contra, appellandum est: nam appellationem procurator qui causæ superfuit, impune non omitteret, nisi præsenti domino, vt appellaret, denũtiaret, aut pauper omnino esset. l. inuitus. C. de proc. & ibi glo. Bar. Bal. Saly. Alex. & Las. c. non iniuste. vbi Ant. Abb. & Imol. eod. tit. licet appellationem prosequi nõ teneatur, nisi etiam ad prosequendum appellationem fuisset constitutus, & simpliciter aut expresse acceptasset. Rot. decis. 21. si dominus alias, de proc. 2. & 147. si procurator, alias, de proc. 9. in no. nam illud quod tenuit Alex. d. l. inuitus, post Cyn. Ray. Bald. Ang. & Salyc. quòd procurator appellare non teneatur, si iuste succubuerit, & quòd in dubio iuste sucombuisse videatur, durum admodum, & inhumatum videtur, cum possit domino denunciando suæ fidei prospicere, & ius clientis, & animum suum illæsum seruare, vt merito Ant. & Imol. per Alex. relati, & Rota decis. prædictis contrarium sensisse credam.

LIBER TERTIVS.

De causis executiuis. Cap. I.

1 *Instrumenta etiam publica iure ciuili non habent paratam executionem.*

2 *Guarantigia adinuenta, vt instrumentis daretur executio.*

2 *Guarantigia quid sit, & vnde dicatur. ibidem.*
3 *Instrumentorum executio ex forma statutorum adinuenta.*
4 *Instrumentorum executio datur etiam instrumentis extra Vrbem & districtum celebratis.*
5 *Exceptiones, quæ possint opponi contra instrumenta extra districtum celebrata.*

QVONIAM iure ciuili instrumenta quamuis publica paratam executionem non habent. l. minor viginti quinque annis cui fideicommissum. vbi gloss. Bart. & Bald. ff. de minor. nisi coram iudice & parte vera esse in eis contenta debitor confiteatur. l. si debitori. vbi Doct. ff. de iud. quo casu confesso decem dierum spatium ad soluendum datur; quare quęrentes Doctores nostri cautelam inuenire, quo modo fieri possent instru-
2 menta, quæ paratam executionem haberent, guarantigiā adinuenerunt. quæ vox; vt sæpe à præceptore meo Andrea Alciato audiui, Longobarda est, vt etiā probatur. c. 1. §. si autem. de lege Conradi in vsibus feudo. licet ibi Bal. dicat, eam esse vocem Tuscię, & Bal. sequitur Iaſ. l. error. n. 25. C. de iur. & fac. igno. & Tiraq. de constit. in 3. p. limi. 30. n. 48. quòd affirmare non audeo ex illius legis conditore. Quidquid tamen sit, hæc vox idem loquat, quòd cōfirmatio, vt qui vellet caute agere coram iudice confessionem, instrumento mediante reciperet, quæ per Iudicem approbaretur. qua facta, nihil aliud actori faciundum remanebat, nisi vt præsentato coram Iudice confessionis instrumento, reo ad soluēdum terminum dierum decem prçfigi faceret, qui decē dies

loco quatuor mensium, qui iudicatis dabantur, ex communi Italiæ stylo subrogati fuerunt.gloss.Bar. Bal.& Cast.d.l.si debitori.quo termino elapso,contra reum executio fieret. hincque fere per totã Italiam iuribus municipalibus,guarantigiæ forma tradita fuit,Iudicesque chartularii,qui confessionibus, in instrumentis faciendis præessent, constituti fuerunt: quam consuetudinem ad hæc vsque tempora regnum Neapolitanum,& alia pleraque Italiæ loca retinuerunt, & retinent. de quibus quidem guarantigiis & illarum priuilegiis abunde per Benedictum de Bargis & alios tractatum est.

3 Vrbs vero nostra vlteriori cõpendio, vt fides & pacta vberius seruarẽtur, & lites celerius dirimerẽtur,statuit,& mandauit,quòd nõ solum publica instrumenta testamenta,sentẽtiæ,arbitria,& arbitramenta,sed etiã priuatæ scripturę,executioni demãdarentur, legali termino prædicto dierũ decem ad defendendum, & opponendum certas releuantes exceptiones dato,prout infra sigillatim prosequar.

4 Generaliter tamen sciendum est, quòd executio instrumentorum,de qua in statuto nostro,non solũ instrumentis in vrbe,& districtu celebratis,sed etiã illis quæ extra districtum celebrata sint, cõceditur. Bal.l.1.q.4 C.ne fil.pro pat. Castren. l.à diuo pio.§. sententiam.n. 4. & ibi Alex.n.12.& Ias.nu.24.ff.de
5 re iud.cõtra hęc tamen instrumenta extra districtũ celebrata,non solũ exceptiones à statuto permissæ, &alię de quibus infra suo loco dicam,opponi poterunt,sed etiã omnes alię, quæ in loco celebrati contractus opponi possent,vt dicit Bald. d.l.1.q.5.cum quo pertranseunt. Castrens. & Alex.loco pręalleg.

De

De executione instrumentorum.

Cap. II.

1 QVi alicuius publici instrumenti vulgaris causę nã de dotalibus infra separatim dicam) executionẽ ex statuto lib. 1. c. 82. habere cupit, sublata hodie antiqua difficultate num facta sit actoris, vel vel rei personarum mutatio, vel an hæredi & contra hæredem executio peti possit; hæc quæ infra dicentur diligenter animaduertere debet.

2 Sed quoniam statutum prędictum publicum instrumentum requirit, non congruę videndum erit, si dę

si de confessione debiti, vel de mutuo, aut deposito, aut simili per testes ad perpetuam rei memoriã examinatos (in casu in quo id fieri posset, & nota in c. quoniam. frequenter. vt lite non conte.) constaret, eorundẽque depositiones publicatæ fuissent, & desuper instrumentum confectum, nunquid & huius instrumẽti executio peti posset, & posse tenuit Ang. l. fin. ex gloss. in verb. depositionibus. C. de edic. diui Adrian. tollen. Alex. cons. 93. vol. 6. Mathes nota. 5. nota quòd contractus depositi. Hyppol. sing. 484. si vera loqui. Tiraq. de retract. consanguinei. §. 2. in gloss. 1. nu. 14. in verb. monstres son contrait, quid. quid tenuerit Ias. d. l fin.

3 Nam publicorum instrumẽtorum appellatione omnia, quæ per publicam Notarii manum sunt authenticata, ex stricta significatione cõtinentur, etiã si acta vel attestationes, aut quid tale sint, vt dicit Ant. de Canario in tract. de executio. instr. q. 35.

4 Rursus etiam dubitatum vidi, nunquid clericis ex hoc statuto, cõtra laicos obligatos, hæc executio dari debeat, & dari verius est, dummodo ab ipso clerico requisita à statuto seruentur. Bene. de Barz. in tract. guaranti. post Bald & alios in 1. p. q. 4.

5 Personis igitur circumspectis, Actor suã petitionem in scriptis formare debet, in qua facti serie narrata, vrbana requisitione allegata, vt supra in ordinariis dixi, ac instrumẽti præcisa expressione facta, petere debet per Iudicẽ, pronuntiari, instrumentũ, quòd tunc exhibeat, fore & esse exequẽdum, & debitæ executioni demandandum, contra debitorem & conuentum realiter & personaliter, pro summa in eo contenta dãnis & interesse, iuxta formã iuris.

& statutorum & pro præmissis mandatum executiuum iuxta eorundem statutorum formam decerni relaxari omni meliori modo.

6 Quòd petitio in scriptis fieri debeat, iure isto municipali non cauetur: & licet nonnulli sine scriptis petant, contenti sola instantia, quam post citationis relaxationē penes acta Notarii faciunt: tamen frequentiori vsu petitio in scriptis formari consueuit, qui frequentior vsus à legibus fomentum recipit. nā cum hic actor, durante instantia istius executionis instrumentum non liquidum, si forte liquidum nō sit, vt multoties euenit, liquidare debeat, & liquidatio libelli oblationem requirat, vt dicit Bar. l. creditores in. §. prin. q. nu. 15. C. de pign. consonum videtur, quòd saltem petitio in scriptis formetur, postquam solemnitas ista à statuto nostro petitio saltē per modum memorialis, in scriptis fieri debet, Car. clemen. sæpe. §. non sic. nu. 3. de verb. signific. vbi & hoc text. aperit

7 Productio autem instrumenti tunc fieri debet, cū executio petitur: quoniam, si produceretur post petitam executionem, videretur productū ad probationem, nō ad executionem, & propterea in iudicio executiuo, vtpote deficiēte eò, quòd exequi petitur, obtinere non posset, argumento notatò per Bald. l. planc. ff. quod falso tutò. Rom cōs. 300 in casu proposito prima fronte, circa med. qui docent differre vtrum ad probationem, vel ad executionem instrumentum producatur, & tenet expresse Firma in suo reper. verb. guarantigia. vers. 3.

8 Clausula secundum formam statutorum in petitione ideo adiici solet, vt, si quid minus in petitione

con-

contineatur,quàm à statuto tribuatur, id etiam obtineat actor: quia paria sunt aliquid esse expressum vere,vel per relationem ad aliud.l.ait prętor.§.si iudex.vbi Bar.Alex.& Ias.ff.de re iud.l.pen.C.de sen. quę sine cer.quant.profe.cum simil.sicut etiam sententia,quæ ad certum relationem habet, & tenet, & certa dicitur,vt late prosequitur Ias.d.§.si iudex.

De expensis autem nulla ex necessitate fit mẽtio in petitione,ex quo per statutum debentur,à victo, vt supra dixi. & infra suo loco latius prosequar. ibi videbis,etiam si forte ex stipulatu debeantur.

9 Ea petitione formata citari debet Reus, & eius procurator;si procuratorem habeat,in scriptis personaliter, aut domi copia dimissa vt supra, sub hac forma:Corã Mag.D.pri. Collaterali.Ro.executio. instrumẽti,citetur Aufidius Lingo,ex aduerso principalis,& Tiberius Macro eius assertus procurator, ad videndum productionem publici instrumenti vnà cum summaria petitione, dicendũ contra,videndum admitti, & iurare testes super eiusdem instrumenti recognitione, quatenus opus sit,& ad primã diem,instãte Papirio Pęto principali: & contumacia accusata, actor instrumentum suũ producat, cũ sua petitione, & petat admitti, ac testes super recognitione inducat,& recognosci procuret, prout supra dixi de causis ordinariis in iurium productione quòd instrumentum & petitionem Iudex si & inquantum interloquendo admittet.

10 Reus ex aduerso comparere, excipere,copiam petere,contra testes protestari,& petitam copiã infra terminum recipere similiter debet;quemadmodum supra de productione iurium in causis ordina-

ris dixi, quæ hic breuitatis causa non repeto.

Habita copia, rei patronus diligēter animaduertat, num aliqua ex exceptionibus à statuto huic executioni opponi permissis, principali suo competat, nam statutum lib. 1. c. 82. exceptionem falsitatis, simulationis vsurarum solutionis siue satisfactionis, pacti de non petendo perpetuo, vel ad tempus rei iudicatæ præscriptionis, & litis pendentiæ, dumtaxat opponi permittit. Has igitur rei procurator infra decē dies vtiles à die datæ copiæ numerandos, si ea petita sit, vel à die productionis ipsius instrumenti, si ea petita non sit, opponat, & opposita probet: alioquin exclusus remaneret, nec vlterius ad probādū admitteretur, etiam si infra terminum testes induxisset, & eorum iuramenta recipi fecisset, ex statuto prædicto iunctis his quæ supra dixi de tertia dilatione in causis ordinariis danda.

12. Et quamuis statutum nostrum per dictionem dūtaxat loquēs, videatur alias exceptiones excludere, gloss. l. 2. C. de patri. qui fil. dist. Dyn. c. in argumentū. de reg. iur. in 6. Ias. in l. si constante. n. 86. ff. solut. mat. post Bal. l. ita nobis. C. de adulte. cū eius virtutis sit taxatiua, vt omnes casus non inclusos excludat, l. 1. & ibi Bar. ff. si quis ius dicen. non obtemp. notāt Canon. c. cū ecclesia. de caus. possess. & proprię. nihilominus adhuc etiā aliquæ opponi poterunt, vltra

13 enumeratas per statutum. nā in primis contra formam instrumenti si aliquæ solemnitates deficiant, maxime à statuto requisitę, vt si minor, vel mulier donasset rem, quę petitur sine consensu proximorū, aut curatorum lib. 1. c. 151. vel recepisse cōfessi fuissent, quę à pari hoc casu procedunt, vt per Dec. cōs.

132.

132. nu. 1. & 2. Ruy. cõsi. 135. nu. 10. vol. 1. qui cumulant; Aut si ex duobus Notariis non insolidum rogatis alter se nõ subscripsisset, lib. 1. c. 34. aut quid tale, huiusmodi exceptionis & opponi possũt & recipi debent infra terminũ supra scriptum, nam sta-
14 tutũ intelligit de instrumentis validis, valida & solemnia requisita habentibus. Bar. l. non putauit. §. nõ quęuis. ff. de contra. tab & l. diuus. ff. de test. mili. Bal. l. 1. C. de iur. & fact. igno. Alex. cons. 3. nu. 7. vol. 2. Afflic. dec. 283. diu. est. in p. Rot. per Cassado. de rescrip. decis. 10. Quare in hoc diligẽs patronus animaduertat, si quid contra solemnitates, aut contra Notarii personam excipere posset, quod ad inualiditatem tendat instrumenti, quoniam ab his exceptionibus exclusus non est.
16 Ex hoc etiam apparet, quòd simulationis exceptio etiã si non esset in statuto expressa non excluditur, quando vires instrumẽti & cõtractus eneruat; quoniam instrumentum non est, quod est simulate cõceptum, de quo late per Bald. l. vltima. §. in computatione. col. fi. C. de iur. deli. per Bart. l. 2. §. & parui. col. 2. ff. quod vi aut clam. per omnes. l. 1. C. plus valere quod agitur per Anto. de Cana. in tract. de execu. instr. q. 13. per Tiraquel. de retract. consanguinei. §. 1. in glo 2. n. 12. in verbo, à vend. Rota per Cassado. de rescrip decis 10. nu. 6.
16 Item & si quæ exceptiones ex instrumẽti corpore colligi possẽt, vt si ex illicita expressa causa facta fuerit promissio, vel per metũ à carcerato, & de vinculis, vel carcere in instrumento mẽtio fiat, vel conditio impleta nõ esset, aut is, qui petit pretium, rem nõ tradidisset, vel ex cõtrario, aut fideiussor cõuentus

tus sibi actiones cedi postularet, hæc etiam opponi possent, taxatiua non obstante, quia ex eodem fonte proueniunt, vnde obligatio, & eam vulneratã prosequuntur, & concomitantur. Bal.l.ex placito.q.vltima.C.de rer.permu.Alex.cons.119.vol.1.qui late prosequitur per plura exempla. Ias.l.iuris gentium. §.quòd fere.n.14 ff.de pact.Rot.per Cassa.dicta decis.10.n.6.& seq.de rescript.

17 Exceptionem quoque executionis modificatiuã, vbi obligatus (si de illis est cui hoc beneficium cõpetit,) vltra quàm facere possit non conueniatur, opponere non prohibetur. Cast.post Bar.l.filius familias.ff.quod cum eo.Bal.l.plane. ff.quod fal.tuto. auct. Nec etiam cessionis bonorum. Bar.d.l.plane. istę enim exceptiones, quia instrumentum non impugnant, à statuto opponi non prohibentur.

Postremo & contra pręsumptiones, ex instrumẽto cuius petitur executio, resultantes, stãte prædicto statuto excipi & probari poterit, gloss. & Ias. post alios d.l.iuris gentium.§. quod fere.ff.de pact.

18 Has igitur exceptiones rei procurator, vt dixi, diligẽter examinet, & si quas cõpetere suo clienti putabit, eas in scriptis redigat, & infra decem dies vtiles omnino opponat, & demũ in fabricatione & productione illarũ, ac testium inductione, & examine, respõsione aduersarii ad suas positiones, si quas exceptiones articulatas dandas duxerit, ac termini dictorum decem dierum vtiliũ prorogatione, per signaturam obtinenda obseruabit ea quæ supra dixi de exceptionibus in causis ordinariis dandis. nam elapsis decem diebus vtilibus à facultate excipiendi & probandi erit exclusus, ex statuto prædicto.

Actor

19 Actor vero intra eosdem decem dies vtiles suum instrumentum si liquidatione indiget, vt puta quia mortem, aut superexistentiam alicuius, vel cōditionis purificationem, vel implemētum pro parte sua, aut quid tale probari oporteat, liquidare procuret, ex dicto statuto lib. 5. c. 5. nam vt in reo dixi supra ver. habita. non sufficeret testes induxisse, & iurasse, nisi plene infra terminum deposuissent. sed si probationem intra illos decem dies facere non poterit, ad signaturam pro prorogatione, seu termini nouæ præfixione recurrat, vt supra de lapsu tertiæ dilationis admonui.

In informandis autem articulis, attendet, quid sibi ad liquidationē sufficiat, & id deducat, in productione vero eorundem, partis citatione, testium inductione & examine, ac pro habenda responsione à reo principali, seruet quę supra dixi in ordinariis depositionibus & articulis.

20 Vnum tamen sciat, quòd pro rei responsione habenda, sufficiet quandocunque intra terminum probatorium illos producat, cum de iure in istis executiuis, quę plusquam summariæ sunt, etiam post cōclusionem interrogationes prædictæ super positionibus fieri possint. l. vbicunque ff. de interrog. actio. c. sæpe. ver. interrogabit vbi glo. & Car. de verb. sig. Felyn. c. cum Ioannes. nu. 11. vbi dicunt hanc communem, de fid. instru. licet hæc conclusio post dies probatorios à statuto nostro præfixos aliquam dubitationem recipiat, quo ad partis instantiā, quia pars ab omni probatione exclusa videtur. Spec. de positionibus. §. 4. vers. sed si ante conclusionem, quia per termini lapsum videtur actor exclusus ab omni probato-

bationum genere dicto lib. 5. c. 5. vt dixi supra de dilationibus.

21 Elapsis istis decem diebus probatoriis, reus, si arbitrabitur actorem suam intentionem nõ probasse, instet se absolui: quòd etiã post lapsum instantię fieri posse, supra de instantia in ordinariis docui: & aduersarium sibi in expensis condemnari properet.

22 Actor verò, si suam intẽtionem liquidauit, causæ expeditionem petere poterit, quandocunque intra biennium à die litis habitæ pro cõtestata, quæ erit ipsa instrumenti admissio; quia tunc de meritis tractari cœptum est: nã hodie biẽnium est subrogatum in locum illorum quinque dierum, qui dabantur ab antiquo statuto ad expediendum maximo actoris dispendio & rei compendio, contra statuentium illorum mentem lib. 1. c. 81.

23 Quòd si perimatur instantia, actor & reus ea attendere debent, quæ supra de peremptione instantiæ in ordinariis dixi.

24 Si quis ex litigatoribus sibi testium publicationẽ necessariam duxerit, eam petere poterit & seruabit omnia quæ seruanda esse publicatione petita, supra in ordinariis dixi.

25 Dum igitur hæc instantię tempora durant, (nam ea perẽpta, vt supra dixi, nihil ageretur) actor citari faciat reum, illiusque procuratorem, si quem habeat, vt supra de citatione ad sentẽtiam dictum est, sub hac forma: Coram domino primo Collaterali Romana executionis instrumenti citetur Aufidius Lingo ex aduerso principalis, & Tiberius Macro illius assertus procurator, ad videndum pronuntiari instrumentum, in actis productum, fore & esse esse-

quen-

quendum, & debitę executioni demandandum, ac pro contentis in eo mandatum executiuum decerni & relaxari iuxta formam statutorum ad primam diem: & ea citatione Notario tradita, accusata contumacia instabit pro prædictis.

26 Tunc Iudex, sine alia solemnitate, pronuntiabit instrumentum fore exequendum, & debitæ executioni demandandum, iuxta formam statutorum, & pro contentis in instrumento mandatum executiuum, iuxta eorundem statutorum formam concedet, & relaxabit, ex eodem statuto lib. 1. c. 82. ita ab vsu frequentiori recepto.

27 Posset etiam Iudex ex eo statuto vlteriori cōpendio vti & relaxare mandatum, pro contentis in instrumento, iuxta eiusdem statuti formam, quo disponitur, vt Iudex sine alia solemnitate possit mandatum executiuum relaxare.

28 Ab hac sententia succumbentis procurator (si eã iniustam putet) appellationē non omittat, vt dixi in ordinariis, de cuius prosecutione infra separatim suo loco dicam. nam alia forma in istis, quàm in ordinariis, seruanda est sciendũ tamen quòd Ang. cōs. 115. primo inquiramus. & Corn. cons. 221. in hac ad fi. vol. 4. & Fran. Ripa in Rub. de re iud. n. 13. tenuerunt Iudicem, qui pronuntiauit instrumentum exequendum, posse suam hanc sententiam causa cognita reuocare. quia interlocutoria dicitur.

De executione apocharũ. Cap. III.

1 *Executio apocarum siue chirographorum eisdem modis petitur & regulatur quibus executio instru-*

men-

mentorum.

2 *Apocha scripta vel subscripta manu debitoris probat etiam sine causa & partis præsentia.*

3 *Apocha sine die & sine loco etiam iure communi probat.*

4 *Apocæ quomodo recognoscantur.*

5 *Reus ad recognoscendum suam apocham captis pignoribus cogi potest.*

6 *Negans apocham, sua manu scriptam iure isto & ciuili punitur.*

7 *Comparatio literarum pro apochis recognoscendis, quomodo fieri debeat.*

8 *Reus an possit ad scribendum cogi, & comparatio fiat.*

9 *Recognitio apocæ per testes quo modo fiat.*

1 FOrma eadem, quam dixi seruari in executione instrumentorum, idemque modus, per omnia seruari præcipitur, in executione apocharum, lib. 1. c. 83. quas apochas iurisconsultus chirographos appellat. l. chirographis. ff de admi. tut. quo fit vt cum per omnia sint adæquata & respectu exceptionum, & respectu instantiæ & reliquorum, omnia sint seruanda in earundem executione, quę seruari debere admonui in instrumentorum executione. l. 1. vbi Bart. & omnes, de leg. 1.

2 Sed maius est apocharum, seu chirographorum priuilegium. nam quamuis obligatio instrumentalis sine causa, nec obligatoria, nec probatoria sit. l. cũ de indebito. §. fin. cum concor. ff. de probatio. saltem quo ad plenã probationẽ, Spec. tit. de confes. §. nunc videndum nu. 7. vers. sed nunquid. Roma. cons. 373. in

in casu proposito. vers. ceterum. Alex. cons.4. n.20. vol.1. Hyppol. late in Rubr. C. de proba. n.78. vers. scias. Item etiam quãuis partis præsentia sit de substantia obligationis. l. certum. §. si quis absente. ff. de confess. l. quæcunque. ff. de actio. oblig. l. nuda. ff. de dona. Bar. l. Generaliter. n.5. C. de non nu. pec. nihilominus apocę, etsi causam obligationis, aut partis præsentiam non contineant, adhuc executioni contra scribentē, seu etiam solum subscribentē, demandabuntur, d.c.83. Hoc tamen, quòd de subscribente, dicitur, etiam si statuto expresse non caueretur, idē iuris censeretur, quod describente. Doctor. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbor. obligat. Alciat. l. procurator. verbo, prębendam. ad fin. C de eden.

3 In eo autem quòd statutum neque diem neque locum requirit, iuri communi se conformē reddit. l. cū tabernam. §. idem quæsiuit. vbi Doct. ff. de pig. Alex. cons.42. in causa & lite. in fin. vol.3. Mathesil. not 45. nota, quòd tempus. Canon c. inter dilectos. de fid. instr. nisi ageretur de tertii interesse. Alexan. cons.105. nu.4. vol.3. Mathes d. not.45.

4 Ad recognitionem apocharum, de quibus supra
5 triplici modo deuenitur, compellitur enim principalis(& erit primus modus) ad recognoscendum, captis pignoribus, & mulcta indicta, lib.1 c.84. Ro. cons.373 in casu proposito. in princ. Dec. c. scripta. n.25. extra de fid. instr. & si recognoscerę cesset, & illi comminatum fuerit in citatione contra eum, illiusq; procuratorem executa pro recognita haberi poterit. d.c.84.

6 Quo in loco sciendum est, quòd, si reus neget apo

cham

chã sua manu scriptam, vel subscriptam, & de mendacio conuincatur, punitur certa pecuniaria pœna, cuius medietas parti, & alia fisco applicatur, in quibus condemnari per iudicem in executione debet ex prædicto statuto lib. 1. c. 83. licet iure communi propriam abnegans scripturam in duplũ petitę siue solutæ summę puniatur. auth. cõtra qui propriam, vbi Doct. C. de non nu. pec. igitur interrogati rei, vt pœnam, & notam fugiant, reconoscere eorum scripturam saluis exceptionibus consueuerunt.

7 Alius & secũdus modus traditur à statuto, vt per comparationem literarum recognitio fiat. d. c. 84. sed hic modus difficilis admodum est, vt dicunt Doctor. l. comparationes. C. de fid. instr. Afflict. decis. 181. in quodam processu. nam ea priuata scriptura, quę ad comparationem faciendam producitur, triũ testium subscriptione notata esse debet, quorum testium subscriptio recognosci saltem per duos ex subscribentibus debet, vt text ibi aperit. & Doct. declarant, & literę ad literam, tractus ad tractum, syllabę ad syllabam, dictionis ad dictionem, non autem in vniuerso, comparatio fieri debet. igitur visu euenien te, quę ibi notantur actoris & rei procurator aduertent: nam & ibi vtrum comparationis remissio ad aliud iudidem fieri possit, notatũ inuenient, & vide quæ dixi supra de productione iurium, vers. hæc de recognitione.

8 Illud non omittam, quòd iudex, si ei videbitur, reũ ad scribendum cogere poterit, vt cõparatio fieri possit. Paul. de Castr. d. l. cõparationes. Ang. §. si quis igitur. in auth. de instr. caute. & fin. Abb. & Card. d. cap. scripta. vbi Dec. eos refert, nu. 25. extra de fid. instr.

instr. quamuis & hoc periculosum sit, tum propter malitiam scribentium, cum etiam propter ætatem, & alia quæ litteras & characteres diuersificare possunt, vt præfati Doct. & Afflict. d. decis. 181. nu. 5. aduertunt.

9 Tertius est modus traditus per statutum, vt per tres testes, qui cognoscant manum & scripturā scribētis, recognoscatur: quòd sufficere disponitur etiā si testes celebrationi scripturę presentes nō fuerint. d. c. 83 cum aliàs iure communi nō sufficeret recognitio per testes, qui præsentes non fuissent, etiā si assererent se notam habere manum, tractus & characteres litterarum scribentis. Aret. cons. 64. diligenter. Afflict. d. decis. 181. in quodam processu. Alex. cons. 150. num. 21. vol. 5. Gramma. qui prædictos & alios refert, decis. 84. fuit producta. in prin. & decis. 93. in causa illustris. ad fin.

In reliquis autē hic attendenda erunt quæ supra de executione instrumentorum dixi esse seruanda.

De executione instrumentorum in forma Cameræ celebratorum. Cap. IV.

1 *Obligationis in forma Cameræ executio quo modo petatur.*

2 *Appellare non licet, vbi confessio in vim obligationis in forma Cameræ facta fuit, nisi ad effectum deuolu.*

3 *De nullitate confessionis debiti dici potest, licet appellare non liceat.*

4 *Citationis forma in petenda executione obligationis*

in forma Cameræ.

5 *Exceptiones quę contra petitam executionem obligationis in form Cam. opponi possunt.*

6 *Reo nihil contra petitam executionem obligationis in forma Cameræ opponente absque aliqua citatione post facienda, relaxatur mandatum, secus si opposuerit.*

7 *Instantia petitæ executionis obligationis in forma Cameræ annalis est.*

1 SI quis creditor debitorem vel ad factum vel ad dandum in forma Cameræ Apostolicæ obligatum habeat, sciet sibi breuiori via succursum esse, quàm per remediũ executionis instrumenti, de quo supradictum est, nam hoc casu propter confessionẽ, quæ fit in iudicio in vim dictæ obligationis vel ab ipso reo, vel ab eius procuratore, de quo in dicta for-
2 ma, statutum voluit nõ solum exequi posse, sed etiã appellationem ad effectum impediendi executionẽ denegauit, licet quo ad effectum deuolutiuum appellare permiserit lib. 1. c. 179.

3 De nullitate autem dici poterit, secundum Cast. l. fin. C. de edic. diui Adria. tol. quem ibi sequitur Alex. n. 28. vers. in ea. qui etiam remissiue dicit, an & quando liceat querelari.

4 Forma huius executionis petendæ talis erit. pręparato instrumento in publicam formam redacto, in quo clausula constitutionis procuratorũ ad confitẽdum debitum sit extensa. citabitur reus sub hac forma; Corã magnifico primo Collaterali Romana consensus præstandi, citetur Cassius Longinus ex aduerso principalis ad videndum productionem publici

publici instrumenti in forma Cameræ celebrati, videndum admitti iurare testes super illius recognitione, quatenus opus sit, necnon faciendum consentire Macrinum ius habere prætendentē super agro, de quo in eodem instrumento iuxta eiusdem instrumenti formam & tenorem, aliàs confitendum debitum & contra ipsum relaxari mādatum executiuū, ad primam diem. quo facto, actor accusata contumacia rei, instrumentū producet, & illud recognosci per testes idoneos procurabit, iuxta tradita supra de productione iurium in ordinariis: qua recognitione facta, & de molestiis siue prætētionibus docto, petat per Iudicem aliquem ex procuratoribus, siue Notariis quem propius habebit, ad id debitum cōfitendum cogi propter speciale irreuocabile mādatum in obligatione prædicta ad confitendum debitum in personam omnium procuratorum & Notariorum factum & oppositum, qua confessione facta ex tunc Iudex mandatum decernet, & relaxabit, nisi infra decem dies, siue currentes, siue vtiles, aut alium terminum sibi bene visum, reus vel soluerit vel aliquid releuanter opposuerit, & probauerit.

5 Releuāter opposuerit, & probauerit, intelligo ego de opponi permissis exceptionibus, de quibus per Cass. de mu. peti. deci. vnica. & de rescrip. decis. 10. nu. 6. quamuis crediderim in casu nostro non tantū illas tres exceptiones solutiones, falsitatis & simulationis, de quibus per Cassa. vbi supra, sed etiam omnes alias, quas supra de executione instrumētorum enumeraui. ver. habita, & sequen. opponi posse, causis & rationibus, de quibus ibi.

6 Si igitur infra eum terminum nil reus probabit,

vel releuanter deducet, absque aliqua citatione contra ipsum mandatum executiuum relaxabitur, & realis & personalis executio fiet, est si quid deduxerit, vel probauerit, ex quo res in controuersiam deducatur, tunc noua citatione opus erit, & euacuatis oppositis pro parte rei, mandatum relaxabitur, & executio committetur.

7 Instantia huius causæ biennalis est: quia causa ciuilis est, lib. 1. c. 81. vbi autem procuratoris cõstitutio non esset apposita, forma procedendi erit ad soluendum iuxta formam suæ obligationis cameralis: aliàs tradi mandatum & tunc procedetur vt supra.

De stylo Curiæ cum multis notabilibus quęstionibus circa hanc obligationẽ doctissime & egregie tractauit d. Ant. Massa, excellẽtis ingenii vir, & quẽ maxime dilexi, ibi qđ amplius desiderabis, inuenies.

De executione instrumentorum dotalium. Cap. V.

1 *Executio instrumentorum dotalium, petitur ea forma, qua executio instrumenti vulgaris causæ.*

2 *Executio instrumenti dotalis peti potest ab vxore soluto matrimonio, tam à mariti hæredibus, quàm à promissoribus dotis. & nu. 6. 10.*

3 *Maritus cui dos soluta non est, executionem dotalium instrumentorum petere potest.*

4 *Priuilegium executionis instrumenti dotalis, datur causæ.*

5 *Statutum in vno ex correlatiuis, etiã in alio statutum censetur.*

6 *Executio instrumenti dotalis contra quos petatur.*

7 Exe-

7 *Executio instrumenti dotalis, an competat filię contra patrem vel illius hæredes, si ipsa stipulationi pręsens non fuerit.*
8 *Actio de dote, communis est patris & filiæ, si filia sit in patris potestate.*
9 *Executio instrumenti dotalis, ab vxore matrimonio constante, etiam si vir ad inopiam vergat, peti non potest.*
10 *Viro vergente ad inopiam, quomodo dos ab vxore repetatur.*
11 Fideiussor *pro dote, in quibus casibus interuenire possit.*
12 *Executio instrumenti dotalis, peti potest contra tertios possessores, etiam principali non excusso.*
13 *Quod procedit si nulla sit specialis hypotheca. & numer.14.*
15 *Lex generaliter loquens an causam dotis complectatur.*
16 *Hypotheca generali, magis consulitur mulieri, quàm speciali, aut vtraque simul.*
17 *Nisi adsit cautela, de qua hic.*
18 Cautela *est, vt notarii post generalem & specialem hypothecam, subiiciant clausulam, quòd specialis generali non deroget, nec econtra.*
19 Feudalia *bona, iure isto, etiam sine dominii assensu, obligari possunt pro dote, si feudum sit annorum triginta.*
20 *Emphyteotica, iure isto pro dote obligari possunt.*
21 *Obligatio rei emphyteoticę, pro quantitate quę cum vero valore concurrit, vt suspecta, facit rem incidere in commissum.*
22 *Executionem dotalis priuilegium, datur non solum in-*

strumentis dotalibus, sed etiam quibuscunque scripturis ex quibus aliquid debeatur, sub nomine dotis.

23 *Chirographum dotale, an demandetur executioni, sicut & dotale instrumentum.*

24 *Instrumentorum appellatione, an veniat chirographum in statutis.*

25 *Dictio, alius, intelligitur de simili.*

26 *Executio dotalis instrumenti, peti potest per vxorem superstitem, etiam si maritus non promisisset dotem expresse restituere.*

27 *Donatio propter nuptias quanta sit, tam marito, quàm vxore cum liberis, & sine, praecedentibus.*

28 *Lucrum dotale quòd debetur marito, vxore, prædecedente sine liberis est quarta pars dotis, deducta funeris impensa.*

29 *Donatio propter nuptias, an debeatur de dote promissa & cauta.*

30 *Donationis propter nuptias lucrandæ pactum, semper censetur appositum, nisi sit expresse remissum.*

31 *Sponsa præmoriente, vtrum donatio propter nuptias iure isto debeatur.*

32 *Executio instrumenti dotalis, potest peti pro vestimentis lugubribus.*

Pro alimentis quoque, ibid.

33 *Alimenta & fructus dotis, taxantur iure isto ad rationem septem cum dimidio, pro quolibet centenario.*

34 *Statutum taxans alimenta pro dote, in magna æquitate fundatum est.*

35 *Alimenta viduæ, à quo tempore debeantur, remissiue.*

36 *Actio ad repetendum dotem, mulieri competit statim soluto*

soluto matrimonio, licet exercitium actionis differatur per sex menses.

37 *Statutum quod dos non repetatur ante sex menses, non procedit, si dos consistit in immobilibus.*

38 *Exceptiones quæ possint contra petitam executionem instrumenti dotalis opponi.*

39 *Exceptio quæ opponitur contra liquidationem instrumenti dotalis, non dicitur opponi contra executionem.*

40 *Instantia petitæ executionis instrumenti dotalis biennalis est.*

41 *Terminus tam ad probandum quàm ad excipiendum, petita executione instrumenti dotalis, est dierum vtilium decem.*

1 QVi dotalis instrumẽti executionem habere cupit, eam formulam seruare debet, quam supra tradidi tit. de executione instrumentorũ, sicque actor, vt ibi dixi, infra decem dies vtiles suam intentionem iustificabit, & si quid liquidãdum erit liquidabit, & reus suas exceptiones deducet ex statuto lib. 1. c. 85. angustior tamen excipiendi facultas reo datur, vt dicam infra proxime vers. duę.

2 Ius petendi horum instrumentorum executionẽ, competit mulieri illiusque hæredibus & habẽtibus causam ab ea, vt dicit statutum. d. libr. 1. cap 82. ad quòd se refert statutum prędictum c. 85. & hoc, siue mulier repetat dotem pro eius parte marito aut socero, siue depositario traditam, siue etiã illam petat ab his, qui pro ea dotem promiserunt. vt dicit statutum prędictũ ibi, contra debitores & eorũ hęredes, &c. de quo tamen infra latius, vers. cõtra debitores.

3 Maritus quoque si ei dos soluta non sit, huius statuti fauore vti poterit, in ea petēda a socero illiusq; hæredibus, promissoribus dotis, & aliis de quibus paulo infra dicam, & hoc ex generalibus verbis ipsius statuti in principio, ex quibus datur priuilegiū
4 instrumento dotali, contra dotis debitores. cum igitur priuilegium detur causæ, & instrumēto dotali, ad omnes personas transire censendum est, ad quas ius dotem exigendi transit. l. in omnibus causis id obseruatur, vbi Dec. & Cagnol. & l. priuilegia. ff. de
5 reg. iur. Maxime quia maritus & vxor sunt correlatiua, & statuto in vno non solum in fauorabilibus, vt est casus de quo loquimur, sed etiam in odiosis ad aliud ex correlatiuis extenditur. l. fin. in verb. æqua Lance vbi hoc Bal. not. C de diuor l. non tantum. ff. de reg. iur. Cagno. qui prædictos refert, d. l. in omnibus. nu. 12. Et quòd priuilegium summarii processus quòd competit mulieri & eius parti, in repetendo dotem, competat marito, & eius parti illam petendo, tenuit Bal. nouell. in tract. dotis p. 9. priui. 12. & rursus par. 12. col. 2. & nu. 72. & quasi per totam illam partem, & ita vsu receptum est.

Contra debitores & hæredes eorum, & quoscunque possessores bonorū, tacite vel expresse obligatorum, depositarium dotis, & bona eius, instrumēta prædicta exequi posse statutum prędictū disponit, d. lib. 1. c. 85. Quod quidem quantum attinet ad extraneos, qui dotē pro muliere promiserunt, expeditum est. l. vnica. §. accedit, vbi Bald. & Saly. C. de rei vxo. actio. l. si extraneus. in fin. ff. de dot. promiss. etiā si mulier promissionis tempore absens fuerit, & nullus pro ea receperit, d. §. accedit, & l. fi. in prin. C. de

iur.

iur. dot. Bart. consi. 123. factum sic se habet Titius, Alexan. consil. 4. nume. 20. volum. 2. Deci. consil. 35 in primo.

7 Sed quantum ad patrem promittentem illiusque heredes attinet, si mulier promissionis tempore absens fuerit, dubitatum scio. Videbatur enim quòd matrimonio soluto, mulieri contra patrem & illius heredes ex propria persona, actio dari non deberet, sed requiri vt hæredes mariti mulieri vel exactam dotem præstarent, vel actionem cederent, ex l. si socer. §. Lutius. ff. sol. matr. & l. si pro te. C. de dot. promissio. quod semel Neapoli ex iussu Sacri Regii Cõcilii factum vidi; licet Decius d. consil. 35. contrarium sentire videatur.

8 Prædicta autem de muliere sui iuris intelligenda sunt. l. 2. in prin. ff. sol. mat. ceterum si in patris potestate sit mulier, matrimonio soluto, si dos repetatur, patris & filiæ communis est actio, d. l. 2. §. quòd si in patris. & §. voluntate, cum lege sequenti, vbi Doct. late de hoc. ff. sol. mat. sed si à patre, marito soluta nõ fuerit, quid dicendum erit. visendus erit Deci. cum relatis per ipsum d. consi. 35. per totum.

9 Rursus prædicta de executione petenda intelligenda sunt matrimonio soluto, per mortem mariti, secus autem si mulier matrimonio constante viro ad inopiam vergente dotem repetat, quoniam eo casu beneficio huius statuti de executione instrumentorum dotalium, nõ iuuabitur; sed agere debebit dato libello & lite cõtestata prout in ordinariis, & secundum iuris regulas. l. si constante. in prin. ff. sol. mat. & l. vbi adhuc. & authen. donationem, C. de iur. doti. ita mandante statuto, d. lib. 1. c. 129.

Con-

10 Contra fideiussorem quoque qui pro dote intercessit, in casibus in quibus pro dote fideiussor dari potest, statutum extendi arbitror; nam fideiussor debitor est, quia ab eo inuito debitum extorqueri potest. l. debitor ff. de verb. sign. præsertim concurrente statutorum nostrorum dispositione, secundũ quam fideiussor beneficium discussionis, etsi illi non renunciauerit, allegare non potest, lib. 1. c. 155. & sic ab initio pure debitor est.

11 Casus autem in quibus fideiussor pro dote interuenire possit, enumerat Lupus, c. per vestras. circa fi. vers. quinto, cum dicit tex. mandamus fol. 168. extra de don. inter vir. & vxo. & Rip. d. l. si constante. num. 12. ff. sol. mat.

12 Dixi supra ver. contra. executionem horum instrumentorũ peti posse cõtra quoscunque possessores bonorum, tacite vel expresse pro dote hypothecatorum, quòd quidem magnum videtur dotis priuilegium, vt liceat mulieri potẽti vel repetenti dotem, principali non excusso, & bonorũ ab ipso principali debitore possessorũ prosecutione, relicta, tertium possessorẽ, contra iuris regulas, impetere. authen. hoc si debitor. C. de pigno. tamen ab opinionibus multorum non discrepans, multi siquidem non paruæ auctoritatis viri tenuerunt de iure communi idem esse, quòd statutũ disponit, licet eorum opinio reprobetur a Bar. d. l. si constante. num. 72. quẽ ibi sequitur Alex. nu. 25. ff. sol. mat. quorum Bart. & Alex. opinionem, magis cõmuniter receptam testatur Negusan. in tracta. de pigno. in 1. memb. 8. par. prin. vers. nono fallit, nu. 23. cum quinque sequentibus, sed hodie per statutũ, ita fieri posse disponitur,

etiam

etiam si tertii possessores causam ab obligante non habuerint, dummodo probetur obligantem tempore obligationis, vel post ea bona possedisse. d.c.85

13 Et si per specialem hypothecã mulieri prouisum non sit, stante statuto nostro, contra tertiũ possessorem rem generaliter hypothecatam occupantem, procedi absque dubio poterit, l. creditoris. ff. de distractio. pigno. vbi Bart. l. qui generaliter. in princ. ff. qui pot. in pig. hab.

14 Sed si quædã specialiter obligata habeat mulier, alia vero generaliter, velitque relicta speciali hypotheca, contra tertium possidentem rem generaliter hypothecatã habere recursum, an ei licitum sit, dubitatum pluries vidi, & quidem pro parte negatiua est tex. in l. 2. C. de pigno. per quem prohibetur creditor relicta speciali hypotheca contra secundũ creditorem rem generaliter hypothecatam possidentem venire; quem text. in dote etiam procedere intelligit Roma. consi. 187. in re præsenti, circa med.

Sed qui contrarium sentiebant, ea potissimũ conclusione innitebãtur, quòd lex generaliter loquens causam dotis non complectitur, & ex ea arguebant causam dotis sub dispositione. d. l 2. non complecti.

15 Hæc conclusio, quòd lex generaliter loquens non comprehendat causam dotis, etiã si eo casu, quo generalis lex emanauit, dos specialiter priuilegiata nõ reperiatur, fuit Saly in l. fin. in 4. not. C. de iur. dot. quam secutus fuit Ias. l. 1. in tertio not. in 1. lectũ. ff. sol. mat. & cons. 171 col. fi. vol. 4. Bal. Nouell. in tracta. dotis in 6. par. priui. 47. nu. 11. Sozi. consi. 46. nu. 25. vol. 4. Lupus in repet. rub. extra de don. inter vir. conclu. 16. Barba. in addi. ad Bal. c. 1. §. donare. qualiter

liter feudum alienari possit. Negusan. qui dicit hãc commu. in d. tract. de pignor. in 1. membr. 8. p. prin. n. 23. vers. tamen. Franc. Bald. in tract. de præscript. in 2. p. 5. part. princ. q. 8. vers. 11 limita.
16. Contrarium vero, quòd lex generaliter loquens causam dotis cõplectatur, nisi dos specialiter eo casu priuilegiata reperiatur, tenuerunt Bald. l. in fraudem. §. fi. ff. de testa. mili. Afflict. super constit. regni fol. 223. col. 3. Dec. cõs. 5. & 301. Paris. cons. 17. col. fi. vol. 1. Grat. cons. 130. col. 2. vol. 2. Maria. Iun. cõs. 12. col. 3. vol. 2. præceptor meus D. A. Alc. lib. 4. paradox. c. 10. circa med. & l. 1. in verb. semper. ff. sol. mat., Rip. l. 1. n. 14. ff. sol. mat. Cagnol. l. 1. n. 16. ff. de reg. iur. latiss. Tiraquel. de retract. lignagier. §. 1. in gl. 14. n. 105. vbi post subtilem & seriosam disputationem suprascriptam conclusionem firmat. ex quibus concludendum videtur, vt mulier non possit relicta speciali hypotheca cõtra tertios possidẽtes bona generaliter hypothecata venire, quia dos hoc casu nullũ priuilegiũ habet. & secundũ hãc semel iudicatũ vidi.
17. Ex his, vt arbitror, apparet consultius esse mulieri generalem tantum hypothecam super omnibus mariti bonis, quàm generaliter quędã, quędam vero specialiter hypothecata habere, siquidẽ virtute generalis, & contra secundos & cõtra quoslibet possessores, ex statuto nostro nullo discrimine habito procedere poterit, & ita magis expedire asserit Cremẽs. sing. suo 53. obligati. & Cassane. in consue. Rub. Descenses. §. 6. n. 10. ideoque cauti Notarii quando generalem & specialem hypothecam in obligationibus deducunt, clausulam illam subnectere solent, ita vt specialis hypotheca generali non deroget, nec ex
con-

contrario, quòd est vtilissimum.

Nunquid autem disposita in d.l. 2. C.de pign.locum sibi vendicent si possideat secundus creditor, vel etiam si possideat tertius non creditor, vel etiam ipse debitor, visendus erit Soz. cons. 198. pri.aspectu.col.pen.vers.1.arbitror.vol.2. & Neguśan.d.tract.de pign.in primo memb.8.p.n.20.statutum tamen nostrum omnem substulit difficultatem per illa verba, & quoscunque possessores etiam si tertii sint.

19 Sed quid si feudalia bona sine assensu domini fuerint pro dote mulieri obligata, nunquid & super illis executio peti poterit, & cōstat iure isto posse, dūmodo obligatus feudum illud spatio annorum triginta possederit, etiam si de inuestitura seu iure ipsius feudatarii nō appareat, ex statuto d.lib.1. c.127. licet iure communi feudum pro dote sine domini voluntate obligari non possit, vt dicit Alexan. post Bald.& Rom.l.si constante.nu.25.ff.sol.matr.quòd est in iure clarissimum.

20 Res quoque emphyteotica iure isto municipali pro dote obligari poterit, lib.1.c.122.quòd intelligendum arbitror etiam si pro integro ipsius rei valore obligetur, cum aliàs iure communi ex quacunque causa, dummodo verum rei valorem non attingat, obligari possit.l.si ab eo.ff.de pign. Azo.in summa.C.de seruitu.col.fi.l.tutor.§.etiam.vbi Castren. ff.de pign.actio.vbi quòd etiā in generali hypotheca veniat, de quo etiam per Ias.l.fi.n.107. C.de iur.
21 emphy. Nā si obligatio fieret pro cōcurrenti quantitate veri valoris ipsius rei, tunc vt suspecta sine domini cōsensu non admitteretur, quia talis obligatio alie-

alienatio censetur, & deuolutioni locum facit. Cast. l. si res obligata. ff. de leg. 1. glos. & Bar. l. qui habebat. ff. de lega. 3. quam deuolutionem cum statutum excludat, intelligo ego eo casu, quo deuolutioni locus esset.

22 Quibus instrumentis hæc executio concedatur, videndum est: Et quidem ex statuto nostro datur instrumentis dotium donationis propter nuptias, & quibusuis documentis, ex quibus aliquid debeatur sub nomine & occasione dotis, vt puta, si instrumentum contineret donationem pro dote, si instrumentum testamenti vel codicilli contineret legatum dotis, vel quid tale, dummodo instrumenta in publicam formam manu publici Notarii redacta essent, ex dicto lib. 1. c. 79.

23 Sed de chirographis dotalibus (nam plerunque dotes chirographis promittuntur) vtrum huius statuti priuilegio gaudeant, dubitatum vidi, non sine effectu: cum multum differat executio instrumentorum dotalium ab executione instrumentorum vulgarium causarum, quibus executiones apocharum æquiparatæ sunt, lib. 1. c. 82. propter exceptiones, de quibus paulo infra dicam.

Pro parte negatiua, quòd priuilegium instrumẽtis dotalibus concessum, ad apochas dotales non extendatur, allegabatur dictum Bart. & Bald. l. 1. C. de iuram. calum. vbi dicũt ipsi quòd ex quo secundum communem vsum loquendi, (qui in statutis communiter attenditur, vt dicit Bald. l. labeo. ff. de supel.
24 legata latè per Fely. in proœ. decreta. col. 3. & 4.) instrumẽtorum appellatione non comprehenduntur chirographa, quòd statutum loquens de instrumento,

to chirographum non comprehendat, sequitur Roma. consi.22. nescio quid. in 2.dubio. Aret.consi.51. col.1.in fi.vers tunc succedit, pręsertim cum statuẽtes in casu nostro vt diuersa considerauerint instrumenta & apochas,nam quia viderũt in c.de executione instrumentorum lib.1.c.82 apochas non comprehendi, ideo aliud capitulum de executione apocharum post prędictum fecerunt, de apochis express sam mentionem fecerunt. Nec versiculus, & quæcunque alia, in statuto nostro positus, apochas com-
25 prehẽdere potest,cum dictio Alius, intelligatur de similibus.gl.l.si fugitiui.vers alia.C.de seru.fugit.latissi.Maria.Iun.consi. 160. nu.13.vol.2. Erit igitur intelligendum de aliis instrumentis, vt puta donationis vel legati, ex quibus aliquid debetur pro dote, & per consequens ex hoc statuto executio dotalis chirographi peti non poterit.

In contrarium & pro parte affirmatiua arguebatur à maioritate rationis, quòd argumentum est in iure validum, authen. multo magis.C.de sacrosan. eccl.& dicebatur,quòd si statutum priuilegium executiuum instrumentorũ vulgariũ causarum ad apochas vulgarium causarum extendit, & eisdem apochis eandem executionem, quam publicis instrumentis concessit, multo magis credendum est sub illa generalitate verborum,& quæcunque alia, apochas dotales,quæ causam magis priuilegiatã continent,voluisse cõplecti, cũ etiam dotalia instrumenta amplioribus pręrogatiuis & fauoribus,quàm vulgariũ causarum instrumenta,prosequatur.nam contra hęc septẽ vel octo exceptiones,cõtra illa tres tãtũ opponi posse permittit. itẽ & ab absurdo vitãdo,

quòd

quòd & ipsum est in iure validum argumentum. l. cum absurdum.ff.de colla.boni. Absurdum enim esset, quòd apochæ priuatarum & vulgarium causarum, essent magis priuilegiatæ quàm apochæ dotales,& in hanc partem tanquam benigniorem Iudices descendebant. Ad hanc autem dubitationem tollendam in nouis reformationibus verba illa documenta post verbum alia connexa fuerunt quę omnem ambiguitatem substulerunt.

26 Sed quid si maritus qui dotem recipit, aut recepisse confessus fuit, nihil de restituenda dote eo dotali instrumento cauisse? an & tunc illius instrumenti executio ex hoc statuto peti poterit? & posse tenuit Castr.l.exigere dotem.circa med.ff.de iudi.

Pro quibus rebus hæc executio peti possit, sciuisse non erit inutile. Et quidem pro dote donatione propter nuptias & alimentis dari, dubiũ non est, ex prædicto statuto lib.1.c.79.in prin.quæ donatio ne erres, licet multis capitulis in antiquo statutorũ volumine esset tractata, hodie in nouis dilucide posita est lib.1.c.131 cum quinque sequentibus.

Sed nunquid tã dotis datæ quàm promissę quartam partem superstes lucretur,& ex veteri statuto, qui erat lib.4.c.21. quòd mãdat donationem lucra-

29 ri, siue dos soluta fuerit in pecunia, siue pignore tradito, vel fundo dotali cõstituto, vel aliter satisfacta fuerit, diu contra versum vidi, & tãdem iudicatum vidi per Rotam, & donationẽ deberi mulieri, eius dotis, quàm pater pro ea muliere ad certũ terminũ soluere promiserat, & fideiussorem de soluẽdo pręstiterat, nã dicebam ex fideiussoris pręstatione, marito satisfactum videri per tex. ad hoc valde notandum.

dum. §. venditę insti. de rerum diui. de quo per Boę. dec. 22. & seq. Gui. Pap. deci. 430. incipiente, Supra. & 565. in contractu matrimonii nu. 3. hodie vero multæ quæstiones decisę sunt ex statuto lib. 1 c. 132.

30 Sed & quamuis nihil de donatione propter nuptias lucranda inter contrahentes actum fuerit, si expresse cautum non sit donationem non deberi, adhuc donatio conditione ex statuto nostro peti poterit, d. lib. 1. c. 131.

31 Sponsa autem præmoriente (quia statutũ de vxore & marito loquitur, & in specie de matrimonio consummato, lib. 1. c. 132.) quid dicendum sit, circumscripto statuto, visendus est Abb. c. ex publico. col. pen. in fi. extra de conuers. coniuga. & in cõs. 1. Dec. cons. 540. per totum. Ias. l. si donaturus. §. fin. ad fi. ff. de condit. causa data. Hypp. sing. 106. qui de proximo. Rip. in rub. ff. sol. matr. n. 68.

32 Peti poterit hæc quoque executio pro ceteris iuribus dotalibus, vt sunt vestimẽta lugubria, quę marito & vxoribus debentur, altero præmoriente ex statuto lib. 1. c. 136. nã cum hęc accessoria doti sint, non male cum dote horũ accessoriorum executio petetur, ex reg. accessorium. de reg. iur. in 6. & l. cũ principalis. vbi Dec. & Cagnol. ff. eo. tit. ideoque in statuto verba illa dotis occasione sunt addita. Pro alimẽtis quoque, hæc executio peti poterit, ex apertissimis statuti verbis, de quibus quãdo aliter quàm executiue petantur, infra separatim suo loco tradã.

33 Interim tamen sciendum erit, alimẽta tam viro petenti dotem, quàm vxori repetenti, ad rationem septem cũ dimidio pro quolibet centenario, taxata

34 & definita esse, lib. 1. c. 137. quòd statutum in ma-

gna æquitate fundatum est, vt dicit Alex.cons. 31. n.5.vol.6.quę quidem alimenta debentur ab eo, qui tenetur vel dotem soluere, vel restituere, à die morę d. c. 137. quo etiam loco traditur, quòd ex pignore dotali percepti fructus, in sortem nõ computantur.

35 Sed à quo die alimenta viduæ debeãtur, & vtrũ ab hæredibus dotẽ restitui opportere ignorantibus, ante certiorationem peti possint, & quid durantibus sex mensibus à statuto indultis, dicam infra titulò de alimentis.

36 Hæc actio ad repetendam dotem, mulieri soluto matrimonio statim competit ad prędicta, licet executio non detur, & actio intentari non possit, ante sex mensium lapsum à die obitus mariti, ex prædicto statuto lib.1.c.133. ex quo statuto, tempus anni datum à l.vnica.§ exactio.C.de rei vxo.actio.recisũ est. scire tamen actionem statim soluto matrimonio natam esse, prodesse poterit ad multa, de quibus per Negusan.in tract. de pigno.in tertio membr. 8. par.princ.in princ.

37 Quòd dicit statutum prædictum lib.1.c.77. dotẽ ante sex menses repeti non posse, velim intelligas si dos in pecunia sit, sed si dos in re immobili cõstituta esset, arbitror statim & actionem & actionis exercitium soluto matrimonio natum esse, ex d.l.vnica. §.exactio.C.de rei vxo.actio.nam statutum, tempus anni miserationis causa à legę indultum diuidere voluit, non autem legis dispositionem in eo, quòd statim restitui debet, & potest, corrigere. & ita iudicatum fuisse scio, & hodie per statutum prædictum lib.1.c.133.& decisum.

38 Excipiendi facultas contra hæc dotalia instrumenta

menta angustior est, quàm illa, quæ contra vulgarium causarum instrumēta concessa est. nam statutū d. lib. 1. c. 85. illas duas tantū, falsitatis, & solutionis, siuè satisfactionis, opponi posse permittit, cæteris exclusis. Non tamē simulationis exceptionē exclusam esse arbitrabor, neque illas quæ executionē modificant, vt dixi supra de executione instrumentorum vers. & quamuis, & vers. ex hoc. & sequenti.

39 Hęc autem vera esse arbitror & procedere, si cōtra instrumentum exceptio opponatur: cæterum, si contra liquidationem ipsius instrumenti exciperetur, latior esset facultas, vt si quis agens matrimonium probare vellet vel mortem, pro instrumenti dotalis liquidatione, vt declarat multum notabiliter Bal. l. si causam. n. 11. vers. hoc modo. C. de exec. rei iud. & eum sequitur Hypp. sing. 168. æqualitas.

40 Instantia causę huius ex generali dispositione vt reliquæ ciuiles biennalis est.

Ceterum circa ea quæ hic remanent implenda, ea attendenda sunt, quę supra de executione instru-

41 mentorum dixi. Dum interim meminerimus terminum ad probandum & excipiendum esse dierum vtilium decem, d lib. 1. c. 85. & similem illi de quo infra titulo proxi. vers. testes.

De executione vltimarum voluntatum. Cap. VI.

1 *Testamentorum executio aut codicillorum quo modo petatur.*

2 *Exceptiones contra petitam executionem testamenti vel vltimæ voluntatis intra octo dies opponi debent.*

 3 *Exce-*

3 *Executio vltimarum voluntatum cognoscitur sola facti veritate inspecta.*

4 *Petitio executionis vltimæ voluntatis procedit quomodocunque sola facti narratione formetur.*

5 *Testes qui iurauerunt in termino petita executione vltimæ voluntatis, poterunt etiam post terminum examinari.*

6 *Forma decreti in concedendo executionem vltimarum voluntatum. & nu. 9.*

7 *Beneficium inuentarij facit tutum hæredem à captura personali, quæ à statuto conceditur.*

8 *Fideicommissarii possunt petere executionem fideicommissi remedio statuti.*

10 *Instantia petitæ executionis vltimæ voluntatis annalis est.*

1 QVi alicuius testamenti codicilli, aut alterius vltimæ voluntatis ex statuto, lib. 1. c. 86. executionem habere vult, suam petitionem fomabit, & concludet vt dixi supra de executione instrumentorũ, quam petitionẽ vnà cũ testamento producet, & in citatione, admissione, recognitione & reliquis, ea similiter obseruabit, quæ ibi seruari oportere dixi. Item & reus in exceptionibus & actor in liquidatione & replicationibus ab ea forma nõ recedẽt.

2 Latiores tamẽ excipiendi habenas habet hoc casu reus. nam statutum nullam exceptionibus metã ponit, nisi respectu tẽporis, quia exceptiones opponi & probari pręcipit intra dies vtiles decem, à tẽpore productionis testamenti numerandos. & propterea & dilatoriæ & perẽptorie, de quibus dixi supra titulo de causis ordinariis in principio ver. exce

ptiones,

ptiones, opponi poterunt. nam quamuis ab hoc sta-
3 tuto pro formula in hoc iudicio tradatur, vt simpli
citer & de plano sine strepitu & figura iudicii, om-
ni iuris solemnitate omissa procedatur, non tamen
defensiones reo competentes, & quæ ius illius tan-
gunt, tolluntur, sed tantum quæ ordinem & solem-
nitatem iudiciorum; vt infra prosequar in titulo
de causis summariis, vers. tertium.

4 Item & actor pinguiori Minerua petitionem
formare poterit. nam propter statuti nostri dispo-
sitionem etiam sine conclusione legitima, sed cum
sola narratione facti petitio substinebitur. Bart. d.
extrauag. ad reprimen. verb. figura, ver. item an re-
quiratur petitio, & eum videtur sequi Card. d. Cle.
sæpe. q. 17. de quo latius infra de causis summariis.
d. vers. tertium.

5 Testes, qui intra terminum iurauerunt, post la-
psum illius examinari poterunt. nam in hoc statu-
to non fuerunt apposita illa verba, quæ illorũ exa-
men post lapsum termini excludunt, de quibus su-
pra in tertia dilatione causarum ordinariarũ dixi; 1
Iuramentum calumniæ (si altera partiũ petat) nul-
latenus omittatur. glos. d. Clem. sæpe. verb. non ex-
cludi, & ibi Card. & Imol. licet omissum (si non sit
ab altera partium petitum) processum non vitiet,
vt ibi dicitur & Bart. not. d. verb. figura.

6 Elapsis igitur decem diebus vtilibus, actor citari
faciet reum, & instabit pro executione, sicut dixi
de executione instrumentorũ, & iudex pronũtiabit
testamentum fore exequendum, in bonis defuncti,
& executio realis, & personalis fiet, vt dicit statutũ
in vltimis verbis. de qua re tamẽ latius infra de exe

 cutione

cutione rei iudicatę, verſ. teſtamentorũ. Hoc quòd
7 dixi de perſonali executione verũ eſt, niſi hæres beneficio legis & inuentarii tutaretur, ex Bar.l.fi.§.in computatione ad fin.C.de iure deli.& Dec.l.ſi debitori.n.18.C.de pact.Alex.l.poſtulante.n.4.ff.ad trebel.quòd & ſtatutum prædictum hodie declarauit.
8 Remedio quoque huius ſtatuti fideicommiſſarii pro fideicommiſſo conſequendo vti poterunt.Ang.§.illud.in prin.verſ.item nota ex iſto principio. authen. de hæred.& falci.
9 Poterit quoque hoc etiam caſu iudex pro contentis in vltima voluntate relaxare mandatum executiuum. Bart.d.extrauag.verb.figura.ad fi. vbi quòd hęc ſententia in ſcriptis iure ciuili neceſſario nõ eſt proferenda.& de mandato in ſtatuto prædicto.

Hoc in loco quæ ſupra dixi de publicatione teſtium, illorumque reprobatione, aſſettamẽti voto, & appellatione, in tit de execut.inſtrumentorũ pro repetitis haberi volo, vt & illa, vt ibi dixi, ſeruẽtur.
10 Inſtantia autem biennelis erit, & ideo quę de inſtantia ſupradicta ſunt, hic diligenter attende: nam quamuis ſtatutum pręcipiat iudici, vt infra quindecim dies cauſam expediat, non propterea ex illorũ lapſu inſtãtia peribit, quia id ſtatutũ non declarat.

De executione ſentẽtiarum arbitramentorũ & laudorum. Cap. VII.

1 *Executio rei iudicatæ duplici via peti poteſt.*
2 *Iudex vnus ſententiam alterius ſine ipſius licentia iure communi exequi non poteſt.*
3 *Arbitria arbitramenta & lauda ſicut ſententiæ iure*

re

re isto exequi peti possunt.

4 *Forma procedendi petita executione sententiæ, vel laudi, remissiue.*

SAtis implicite de executione sententiarũ & laudorum in antiquis statutis tractatur, per tria vel quatuor capitula. lib. 1. c. 91. 92. 93. & 171. in quibus promiscue de sententiarum, laudorum & arbitramentorum executione, & tam vnicæ quàm confirmatæ sententiæ traditur. Ego quantum potero materiam hanc explicare conabor partim hic, partim infra tit. de execut. rei iudicatæ, in principio.

1 Sciendum igitur est, quòd iure communi, duplici via sententię, quę transiuit in rem iudicatam, executio peti potest, vna implorando iudicis, qui eam tulit, officium, vel alterius iudicis, cuius fori sit reus, cum literis tamen iudicis qui sententiam tulit, pro eiusdem sententiæ executione, & hoc casu summarie proceditur.

Alia via est, vt intentetur actio iudicati, seu in factum, coram quocunque iudice ordinario: & tunc eodem iure communi, requiritur libellus litis cōtestatio, & alia solemnia iudiciorum: & hæc fuit distinctio Bar. post Spec. cōmuniter approbata. l. intra dies. ff. de re iud. vbi eam communiter receptam dicunt Imol. Comen. Ias. & Rip. licet ipse Ias. & nonnulli alii in aliam sententiam transire videantur. & cum Bar. transeunt fere omnes. l. à diuo pio. §. sententiā. ff. eo tit. de re iud. ad quam quęstionem & distinctionem tollēdam, statutum prædictum lib. 1. c. 91. & c. 92. voluit, vt omnes sentētię, à quibus omnino non est appellatum, seu intra debitũ tempus appel-

 latio

latio prosecuta, debitę executioni demandentur, speciali exequendi formula tradita eo lib.c.93.quo fiebat, vt etiam in casibus in quibus actio iudicati intentanda erat,dato libello, & iuris ordine seruato; ex suprascriptis statutis summarie & executiue procedi possit.

2 Et quia iure communi,vt prędixi,vnus iudex sẽtentiam per alium latam exequi non potest, etiã si eiusdem ciuitatis sit,& potentiæ paris, sine voluntate & rescripto iudicis qui eam tulit,intelligo per viã officii implorati,vt dicit Bar.d.§.sententiam.in secunda quæst.quẽ ibi sequuntur ceteri in hoc concordes, igitur antiqui statuentes,vt facilius iudicatum exequi posset,sublata hac difficultate disposuerunt.d.lib.1.c.92.vt quilibet iudex Capitolinus, teneretur ad partis petentis instantiam, exequi sententias suprascriptas.

3 Rursus quia dubitatum fuerat à Doctoribus, an arbitraria & lauda parerent actionem, vel Iudicis officium,& nũquid executioni per quemlibet iudicẽ mitti debeant,aut possint;& an arbitri licentia requiratur, de quibus late per Bar.Ang. Raph.Im. Alex.& Ias.d.l.a diuo.§. sententiã.in 6. quęst. de re iud.statutum antiquum vt iurgia compescerentur, mãdauit dictis.c.91.& 92.vt arbitrium arbitramentũ,siue laudum(nã hęc differunt inter se vt per Bar. l.societatẽ.§.arbitrorum. ff. pro socio)quibus, infra tempus debitum,contradictum non est, seu quæ in rem transiuerunt iudicatam, per quemlibet iudicẽ Cu.Cap.executioni demandarẽtur,& quòd ex arbitriis & arbitramentis,& laudis ex cõpromissis,cum pœna vel sine, descẽdentibus, oriatur actio & exce-

ptio,

ptio, sicut ex sententia, quę in rem transiuit iudicatam, quæ omnia planius, & plenius hodie sunt facta per statutum lib. 1. c. 87.

4 Modus autem procedendi in his executionibus satis aperte traditur à statuto prædicto, de quo & reliquis quæ hic subnectenda essent videbis infra de executione rei iudicatæ, præsertim vers. qui igitur. ibi prosequar.

LIBER QVARTVS.

De causis summariis. Cap. I.

1 *Summariarum causarum iure antiquorum statutorum species quinque.*
2 *Causæ in quibus proceditur simpliciter summariæ priuilegium.*
3 *Causarum simpliciter summariarum priuilegium. ibidem.*
4 *Causarum, in quibus proceditur iuris solemnitate omissa, priuilegium.*
5 *Causarum in quibus sola facti veritate inspecta proceditur priuilegium.*
6 *Causæ in quibus proceditur non solum sola facti veritate inspecta, sed etiam extraiudicialiter & omnibus horis & diebus etiam festis.*
7 *Hodie causæ summariæ sunt ęquatæ in priuilegiis.*
8 *Miserabilium personarum appellatione an veniant viduæ & mercatores itinerantes remissiue.*
9 *Citatio in causis quantumcũque summariis & cuiuscunque speciei nunquam remittitur.*

Mul-

1 MVltipliciter summariæ causæ in antiquo statutorum volumine cõsideratę fuerunt. siquidem statuentes in aliquibus procedẽdum esse summariç tantum, tradiderunt; in aliquibus sine figura iudicii, in aliquibus etiam omni iuris solemnitate omissa, in aliquibus quoque sola facti veritate inspecta, & in aliquibus etiã vltra prædicta extraiudicialiter, omnibus horis etiam diebus festis. Quæ species (prima excepta) parum aut nihil, quo ad modum procedendi & exceptionum admissionum, & iuris quęsiti conseruationem differunt: quia quemadmodum iuris quæsiti exceptiones, & defensiones in summariis simplicibus, non auferuntur, ita nec in illis, in quibus sola facti veritate inspecta proceditur. Bart. in extrauag. ad reprimendum. verb. videbitur, quo modo in cri. læsę maie. proce. quem sequitur Mathesil. sing. 14. not. quòd vbi, & Felyn. c. canonum statuta. n. 52. vers. 2. nota, de consti. & ex consequenti tanto minus tolluntur in ceteris minus priuilegiatis, licet quò ad modum decidendi, & in his quæ dependent à mero iudicis arbitrio, plurimum differant, vt infra suo loco prosequar.

2 Prima igitur species causarum, quę summarium tantum habent processum, parum quidem ab ordinariis differt, quoniã in causis simpliciter summariis, nihil remittitur ordinarii processus, nisi quo ad dilationum amputationem. Papien. in forma libel. in actione reali, verb. summariæ. n. 13. per iura ibidem per eum allegata, & voluit Card. d. Clem. sępe. n. 21. de verb. sign. Bar. in d. extrauag. ad reprimen. in verb. summariç. cum cõcor. reliqua vero, quę in

d. cap.

d.c.49.continentur, per alia statuta immutata sunt.

3 Secundæ speciei summariarum in qua proceditur summarie & de plano sine strepitu & figure iudicii priuilegiũ traditur per tex.glo.& Doct.Clem. sępe.de verb.sign siquidem expediētur sine libello, litis contestatione, ac ceteris solemnibus iudiciorũ, vt ibidem prosequuntur Doct.maxime Inn.& Car. ac etiam Pap.in præalleg.libell.actio. real.vers. sũmariæ.late per Bar.d.extrauag. ad reprimen. verb. figura, cum concor. Iuramentum tamen calũnię nõ remittitur si petatur, vt notant Doct. pręfati, & sequitur præfat. Pap. vbi proxime. nu.7.per Bart.d. verb figura circa med.

4 Tertiæ causarum summariarum speciei: in quã proceditur iuris solemnitate omissa: priuilegium est vltra suprascriptarum priuilegium, quòd est etiam istis commune, traditur per Bart.l.filiusfamilias ff.de dona.& ibi Imol. per eundem Bart. Bald. Alex.& Ias.l.milites.C.de mil.test.per Abb.Fely.Aret.& Dec.c.dilecti filii.extra de iud.Tollitur siquidẽ omnis solemnitas iuris ciuilis, & remanet quæ sunt de iure naturali, vel gentium. Bart.d.l.filius.n. 4.Felyn d.c.dilecti n.3.Dec.ibid.n.4. Et propterea poterit iudex testes sine iuramento recipere, & illis fidem adhibere.Bar.d.l.filius. n. 5. Ro.cons.20.viso puncto.Anch.d.Cle.sępe.Alex.d.l.milites.n.6.& est communis secundũ Felyn.d.c.dilecti.nu.5.Non tamẽ parte absente, vt dicit Bar.ibid.Nam citatio nõ remittitur neque hoc neque sequenti casu, qui magis etiam priuilegiatus est.Felyn.d.c.1.n.52.de con stit.Dec.d.c.dilecti.ante nu.5.de iud.item & testes, qui iure ciuili sũt inhabiles, si iure naturali, vel gen

tium inhabiles non sint, hoc casu recipientur. Bart. d.l. filius. n.6. Abb. & Felyn. d.c. dilecti. Vtrũ autem festis diebus in honorem Dei introductis procedi posset. Bar. d.l. filius. n.5. tenuit posse, quem sequitur Anch. d. Clem. sępe. Ang. d.l. milites. Rom. in repet. rub. ff. de arbi. q. 18. vers. an hoc casu. contrariam sententiam tenuit Rom. d.l. filius. & ibi Imol. & Alex. d.l. milites. n.5. nisi statutum vlterius procederet, prout in sequentibus casibus factum fuisse demonstrabo. Hos sequitur Papien. in d. sua prati. in forma libelli realis, verb. summarię, tenens idem de feriis repentinis causa principis. n.5. & 6. cum istis, Felyn. d.c. dilecti. nu.4. & cum Alex. d.l. milites. videtur ibi Ias. in princ. & Dec. d. cap. dilecti. colum. 3. versic. 2. infertur. & ita vsu quoque receptum est.

5 Quartæ speciei causarum summariarum, in qua non solum pręmissis priuilegiis, sed etiam sola facti veritate inspecta proceditur, maximum est priuilegium. nam vltra priuilegia tribus supra scriptis speciebus attributa, poterit condemnari reus, quamuis in petitione vna causa esset expressa, & alia probata. Dec. d.c. dilecti. ante n.4. post Ant. de Butr. & Alex. vbi per per eum, item & in alio quàm sit petitũ, condẽnatio fieri poterit, Ias. l. vinũ. col. 15. ff. si cert. pet. dũmodo aliqualiter petitio congruat. Gramm. decis. 19. n.6. Nam hoc casu latiores habet habenas Iudex, quàm superioribus haberet. Ant. de But. cap. 2. in 5. nota. de iur. calum. Rom consil. 20. viso puncto. ad fin. Felyn. cap. olim. nu.7. de accusa. & cap. 1. col. 17. vers. & si dicatur. de constit. poterit siquidẽ manu regia vti. Bar. in d. extrauag. ad reprimen. ver

bo,

bo, videbitur. prope fi. Iaf.l.certi.§.si nummos.n.33. ff.si cert.pet. Itē ex persuasiuis probationibus motū animi sui informare, & iudicare. Iaf. ibidem.n.32. Deci.post Bal.& Aret.d.c.dilecti filii ante n.4.item & poterit iudicare, sicut & Deus esset iudicaturus. Gramma.decis.62.n.31.& decis.19.nu.4. & seq. post Georg.Natā in repet. Cle. sæpe.de verb. sign. & Claudium de Seisello.l.beneficium.C.de constit. princ.& Bald.quem corrupte allegat Gramm.qui hoc tenuit.l.fin.in fin.prin. C. de iur. deliber.& est comm.opi.vt dicit Dec. d.c.dilecti.n.3. circa med.

6 Quinta & vltima causarum summariarū species à statutis considerata erat, in qua non tantum sola facti veritate inspecta, sed etiam si iusta subsit causa extraiudicialiter, & omnibus horis etiam diebus festis, arbitrio iudicantium procedi potest. Harum autem causarum priuilegium vltra suprascripta, est apertum vt procedatur singulis horis, extraiudicialiter, & diebus festis: quòd vltimum, vt dixi in tertia specie nisi expressum esset ex receptiori conclusione fieri non posset.

7 Hodie vero ex nouis reformationibus, aucta antiqua taxata summa ad summam scutorū auri 25. omnes summarię causę ad vnam consonantiam redactę sunt nempe, vt in eis procedatur sine libello litis contestatione, aut aliis solemnitatibus iudiciorū etiam substantialibus summarię simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicii sola facti veritate inspecta, omni iuris solēnitate omissa, seruata in probationibus ęqualitate; in causis autē miserabiliū personarum à mercedis non solū modo prędicto, sed etiā extraiudicialiter, omnibus diebus etiā festis,

festis, pręterquam in honorem Dei, & omnibus horis Iudicis arbitrio procedi potest lib. 1.c.88.

8 Vtrum autem appellatione miserabilium personarum viduæ diuites & pupilli diuites veniant, (nā de pauperibus non dubitatur, vt tenent omnes. l. 1. C.quan. Imperator inter pupil. & vid.) videas per Alberi. in dicto verb. miserabilis, & late per Neuiz. in syl. nupti. §. in dubio. quo modo iudicandum, á n. 27. vsque ad 36. qui & de mercatoribus itinerantibus & de pauperibus differit.

9 In vnoquoque tamē actu ex suprascriptis citatio & notificatio partis requiritur, nam hęc nullatenus remittitur, & vt supra dixi ex Felyn. d.c. 1. nu. 52. de constit. & Dec. d.c. dilecti. ante n. 5. de iud.

Generalis forma procedendi in summariis, Cap, II.

1 *Citationis in summariijs forma.*

2 *Citationis executio in summariis quo modo fieri debeat,*

3 *Petitio in summariis sufficit verbalis, dummodo in actis redigatur.*

4 *Executio in summariis quo ordine fieri debeat.*

5 *Contumax in summariis quandocunque compareat refectis expensis auditur.*

6 *Executio in contumaciam facta, reo etiam comparente & contumaciam purgante, non restituitur nisi reus caueat.*

7 *Actor si malit in summariis iure iurando negotium dirimere potest iure isto etiam si nihil probauerit.*

8 *Eligens viam probatoriam si probare non potuit, an*

ad

ad iuris iurandi religionem deuenire poſſit.

9 *Terminus ad probandum in ſummariis altera partium petente præfigi debet.*

10 *Sententia in ſummariis non fertur in ſcriptis, ſed loco ſententiæ relaxatur mandatum.*

11 *Procurator in ſummariis in relaxatione mandati an vnà cum principali citari debeat.*

12 *Citari in intermediis ſummariarum cauſarum tam principalis quàm procurator poteſt, licet ſecus in ordinariis.*

13 *Iuramentum calumniæ petitum in ſummariis omitti non debet.*

14 *Publicatio teſtium in cauſis ſummariis peti poteſt.*

15 *Appellatio à diffinitiua in ſummariis regulariter datur.*

16 *Monitorii via quo modo procedatur in ſummariis.*

17 *Monitorium reſoluitur in ſimplicem citationem, reo comparente.*

18 *Confitenti ſe debitorem datur terminus ad ſoluendum dierum octo vel decem.*

19 *Inſtantia cauſarum ſummariarum annalis eſt.*

VT igitur procedendi modũ in ſummariis generaliter tradam, qui hodie eſt explicite traditus in nouis lib. 1. c. 89. (nã & ſingulariter de aliquibus tractarẽ propono) dico, quòd in primis citã-
1 dus eſt reus ad reſpondendum petitioni primo pro prima, & nuntii relatione data contumaciaque accuſata, actor petat quæ ſibi deberi prætendet, & ex tunc iudex mandabit aduerſarium citari pro ſecunda: quòd decretum. etiam quòd iudex non interloquatur, ab actuariis apponi conſueuit.

Cita-

2 Citatio hoc casu, quamuis in scriptis solemniter non redigatur sufficiet; si modo, coram quo, in qua causa ad quem actum, & ad cuius instantiam continebit, & mandatarius si non personaliter reum apprehēderit, citationis copiam, vel in ostio affixam, vel in manibus domesticorum reliquisse attestetur, vt supra de citatione tradidi, & est expressum lib. 1. c. 51. nam non sufficeret si copiam non relinqueret, reo personaliter non apprehenso.

3 Verbalis petitio in actis per Notarium redacta, sufficit. Bar. d. extrauag. ad repri. verb. figura. vers. item an requiratur petitio. Doctor. omnes d. Clem. sæpe. de verb. sign. & cauetur expresse dictis statutis, lib. 1. c. 89.

4 Si nec ad secundam, nec ad tertiam citationem compareat reus, iudex in tertia decernet, & relaxabit mandatum executiuum, cum quo fiet executio realis, vt prius tamen incipiat à mobilibus, & se mouentibus. l. à diuo pio. §. in venditione ff. de re iud. dummodo non capiat prohibita si alia sint. l. obligatione generali cum seq. ff. de pign. Neguſ. in tractat. de pign. in 2. memb. 2. par. vbi late, & ego inferius suo loco prosequar. & hodie data est forma dicto lib. 1. c. 95.

5 Et licet, executione nondum facta, quandocũq; reus comparuerit, & suam contumaciam per refectionem expensarum purgauerit, mandatum reuocari debeat, & res ad terminos litis contestatę redu-

6 catur, tamen si post factam executionem compareret, executio non reuocatur, nec bona ablata restituũtur, nisi de iudicio sisti idonee caueret. c. quoniã frequenter. §. in aliis, extra vt lite non cõtesta. Iaſ. l. scien-

sciẽdum.col.2. vers.2. limita.ff.qui satis.cogan. & hodie ita disponit statutum d.lib.1.c.89.

7 Quod si reus litem contestetur, Actor, si maluerit negotium iure iurando terminari, iusiurandum ipsi reo offerre poterit, qui aut iurare, aut referre, aut soluere cogetur, ex prædicto statuto lib.1.c.83. quod & iuri consonum est. l. manifeste.cum nota. ff.de iure iuran.

Et ex hoc statuto tollitur quęstio, nunquid, si actor nihil de sua intentione probauerit, reum ad iurandum vel referendum cogere possit, aut eo casu omnino reus absoluendus sit, de qua d. l. manifeste. vbi Ias. latiss. & per Hypp. sing. 83. in ore vulgi.

8 Sed stat difficultas, quid si actor, spreta religione iurisiurandi, viam probatoriã elegerit, & in termino pręfixo suam intentionẽ non iustificauerit, nunquid possit ad iurisiurãdi religionem redire: & quidem pro vtraq; parte sunt magnę auctoritatis viri, communior tamen conclusio videtur esse, vt nõ liceat, per tex. qui vix cauillationem recipit. l. si quis iurisiurandum. in prin. C. de rebus credi. ibi, absurdũ est enim cum desperauerit aliam probationem, ad religionem conuolare, de quibus abunde per Boe. dec.95. vbi relatis Doctoribus vtramque opinionem tenentibus, dicit hanc esse comm. licet asserat per suum consilium aliter fuisse iudicatũ, & hoc satis etiam aperte innuit statutum nostrum d.lib.1. c.89. vbi post lapsum termini mandat iudici, vt causam per se ipsum expediat, contentus in principio & actori & reo electionem iurisiurandi dedisse.

9 Si vero actor suam intentionẽ per testes, vel aliũde quam per iusiurandum probare maluerit, iudex

M ter-

terminum vtrique parti (si altera partium petierit) dierum vtilium quinque præfigere debet ex eodem statuto lib. 1. c. 89. intentione autem probata citabitur reus, illiusque procurator, si aliquis in ea causa
10 fuerit constitutus, ad videndum relaxari mandatū: illiusque contumacia accusata, iudex mandatum re laxabit, neque hoc casu sententiam in scriptis requiritur, authen. nisi breuiores. cum nota. C. de senten. ex breu. recitan. Alex. l. milites. num. 9. C. de milit. testamen.

11 Quòd dixi procuratorem citandum in relaxatione mādati, velim intelligas me dixisse, vt te tyronē admoneam, vt potius cautela abundes, dum res est integra. Ceterum putarem hoc casu vtriusque, scilicet procuratoris & domini citationem nō requiri: quia in istis summariis, vt dixi supra in tertia summariarū specie, omnis solemnitas iuris ciuilis sublata est, & remanent tantū, quæ iuris naturalis sunt ex senten. Bar. Fely. Decii & aliorum ibi relatorum: & tamen dubium non est iure nostro municipali adinuentum esse, vtrunq; citari debere, sumpto argumento ex l. 1. cum not. C. de sent. Cui conclusioni, vt vtriusque citatio nō requiratur, adstipulatur: quòd dicit Rip. post Alex. in rub. ff. de re iud. nu. 14. tradens omnem sententiam in causa summaria appellari interlocutoriam, & rursus quòd ibi traditur per omnes sub nomine sententiæ in statutis interlocutorias non contineri, hodie vero hoc est determinatum per statutum lib. 1 c. 53. in quo casus in quibus procurator & dominus citandi sunt, exprimuntur, inter quos tunc casus non enumeratur.

12 Ex his alia quoque oritur limitatio ad ea, quę di-

xi

xi supra de in ius voc. vers. quid si procurator. dũ dixi in intermediis iudiciorum citandum esse procuratorem cum quo lis est contestata, & non dominũ: quoniam illud intelligendum est in aliis, quàm sũmariis causis, in quibus iuris solẽnitate omissa procedendum est, vt proxime dixi, quoniam in his sufficit, vel dominum, vel procuratorem citasse, vt dicit Bar. in extrauag. ad reprim. in verb. figura. prope fin. quem sequitur Comens. l. furioso. ff. de re iud. & Rom. l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de verb. obligat. Et licet Bar. opin. videantur aliqualiter impugnare Alex. & Ial. d. l. furioso. quoad quæstionem, an non citato & absenti ius sententiæ fauorabilis quæratur tamen in suprascripta opinione cum Bart. transire videntur, quem in hoc non impugnat, & hodie ita disponit statutum lib. 1. c. 52.

13 Iuramentum calumniæ si altera partium petierit, omittendũ non est, vt dixi supra in secunda specie causarum summariarum, & hodie clare aperit statutum prædictum c. 89.

14 Publicatio testium peti poterit, & testes exaduerso inducti reprobari, vt infra de causis possessorii & interdictorum, vers. publicatio. & supra de testimoniorum publicatione in ordinariis, & ex statuto prædicto.

15 Ab ea relaxatione mandati nisi agatur de summa infra decem (de quo tamen infra) appellare licebit, & propterea, durante tempore ad appellandum, executio non fiet, quia facta, si postmodum appellaretur, per viam attentati veniret reuocanda. c. non solum. de appellat. in 6.

16 Via quoque monitorii prædicta expediri poterũt

ex statuto d.lib.1.c.89. fiet enim in scriptis præceptum à iudice reo, vt infra triduum sub pœna soluat vel impleat, quæ per actorem prętenduntur, cũ clausula tamen, quòd si quis se grauatũ senserit, cõpareat iustitiæ complementum recepturus, quibus diebus elapsis citato reo ad videndum se declarari incidisse pœnas in monitorio contentas, & loco pœnarum decerni mandatum executiuum pro re, vel summa in ipso contenta, & illius contumacia accusata, iudex interloquendo, mandatum relaxabit cũ intimatione, vel sine, prout ei magis ex causarũ, & personarũ qualitate videbitur expedire: in reliquis vero si actor neget, procedetur vt sup. proxime dixi.

17 Hoc in loco sciendum est, quòd reo comparente, monitorium resoluitur in simplicem citationem, & contenta in eo non sunt loco petitiones, sed articuli qui postea dantur (si via probatoria eligatur) erunt petitionis loco, & propterea deberet in eis clausula, quibus veris existentibus, apponi, vt dicit Paris. cõs. 113. monitorium. vol.4 sed ipse de stylo Rom. Curię & in eo reo qui non negauerat cõtenta in monitorio loquitur: nos autem statuto innitimur qui formulam tradidit. d. lib.1.c.89 vbi dicitur quòd si articuli non dentur, monitoriũ pro petitione habeatur.

18 Prædicta de reo negãte dicta sunt: ceterum si reus compareat, & actoris intentionem confiteatur, si terminum ad soluendum petierit, dierum decem indulgetur ex statuto dicto lib. 1.c.89. & gloss. & Bar. l.si debitori. ff de iud.

19 Meminisse autem oportebit instantiam causę huius biennalem esse ex statuto lib.1.cap.81. qui annus incipit ex eo die quo lis habetur pro cõtestata, is est

in

in istis summariis dies, in quo de meritis causæ tractari cœptum est, vt dixi supra lib. 2. de instantia. vers. dixi. ibi videas.

De causis possessorijs & interdictorum. Cap. III.

1 *Petitio in causis mere possessorijs & interdictorm quo modo formetur, & exhibeatur.*

2 *Petitorium concernentia nunquid possint deduci in possessoriis remissiue.*

3 *Instantia causarum interdictorum & possessoriarum diurnalis est.*

4 *Publicatio testium potest peti in causis possessoriis & interdictorum.*

5 *Appellare non licet in causis mere possessorijs & interdictorum, nisi in casibus remissiue notatis.*

1 SEd quoniã in causis mere possessoriis & interdictorum petitio in scriptis dari ex statuto lib. 1. c. 91. & causæ ipsę per sententiam decidi ex præscripto quodammodo curiæ stylo consueuerunt, ideo in causis præmissis formanda erit petitio secũdum subiectam materiam, vt dixi supra de libello in causis ordinariis, crassiori tamen Minerua formata sustinebitur propter summariam naturã eidem à prędicto statuto attributam, vt dixi supra de causis sũmariis, vers. tertiũm. qua formata citãdus erit reus, iuxta formam citationis supra traditę in productione libelli in causa ordinaria, reproductaque citatione & admissa petitione, absque alia litis cõtestatione dandi erũt articuli, & verificãda extrema, si quidem

dem ex statuto prędicto productio articulorum vel iurium, vel etiam materiarum specificatio pro cõtestatione habetur quibus verificatis instabitur pro sententia, parte citata, iuxta formã citationis ad sententiam in ordinariis supra traditam dispositionẽ statut. lib. 1. c. 53. terminos autem dierũ quinq; vtilium ad probãdum vtrique parti, si altera partium petat, præfigetur ex statuto prædicto lib. 1. c. 89.

2 Nunquid aliqua petitorium concernentia deduci possint, videbis infra titulo, si plures eandem rem possidere contendant, vers. verba statuti.

3 Instantia tamen in istis cum in ceteris omnibus summariis, vt paulo ante dixi, biennalis est ex statuto d. lib. 1. c. 81.

4 Publicatio testiũ peti poterit tũ in ista, cũ etiam in quibusuis summariis & quorumuis interdictorũ: si enim dicta testium non publicarentur, impugnatio auferretur & defensio Bar. in extrauag. ad reprimendum. verb. figura. vers. & an requiratur publicatio, & ex consequenti testes ad reprobationem poterunt induci & examinari. iux. c. præsentium. §. testes de testi. in 6. quòd in istis sine dubio procedit, vt colligi licet ex disputatis per Capici. decis. 55. in causa magnifici. licet secus esset in causa retinendæ, de qua paulo infra vers. sub eadem tertia.

5 Appellare autem hoc casu non licet iure ciuili (quod in hoc foro, vt sępius dixi, cessante dispositione statutaria attenditur) ex sentẽtia Bar. & Bal. & aliorũ. l. 1. C. si de momen. poss. fuerit appell. quòd intelligũt aliqui ad effectum suspensiuum, id est, vt executio sententiæ impediatur, sed ad effectũ deuolutiuum, vt scilicet facta executione possit cognosci

per

per iudicem ad quem, vtrum bene, vel male fuerit iudicatum, hoc non prohibetur. Affl.decis.269. iudices.Paris.qui eum sequitur cons.108.n.20.vol.1. sed hoc, an verum sit, videndus erit Dec.l.1.nu.6.C. de bono.possess.sec.tab.is enim attestatur magis cōmun.teneri, nullo modo appellari licere, dat tamen sex notabiles limitationes ad hanc conclusionem, quas ibi videbis, cui addes in prima limitatione de mixtura, quæ dixit Bald.cons.141.col.fin.lib.1.sæpius per dominos de Rota approbata, & quæ ipsemet Dec.dicit cons.28.nu.2.

Si plures contendant se eandem rem possidere. Cap. V.

1 *Possidere si plures certent, quo modo procedendum sit.*

2 *Iudex altercantibus partibus super possessione seu retinendæ interdicto, possessionem ad se auocare debet.*

3 *Terminus quinque dierum vtilium auocata possessione præfigi debet.*

Succumbens in iudicio retinendæ ad cauendum de non turbando iure isto cogi debet, ibidem.

Possidere altero ex altercantibus constituto, succumbenti terminus ad agendum præfigi debet. ibidem.

4 *Appellare non licet à sententia in possessorio retinendæ lata.*

5 *Publicatio testium in interdicto retinendæ peti potest, licet reprobari non possint.*

6 *Petitoriū concernentia in iudicio retinendæ iure isto & cōmuni probari possunt, & probasse multum refert.*

1 SVb eodem capite summariarum causarum continentur etiam causę possessorii quodãmodo retinendæ, lib. 1. cap. 92. scilicet cum plures se certant eandẽ rem possidere. Dixi, quodammodo, quia hoc interdictũ proditum à statuto, differt in aliquibus ab interdicto retinendæ, vt refert Capici. decis. 13. circa prin. Istud autem remedium principaliter adinuentum est, ne partes ad arma deueniãt, vt refert idem Capic. ibid. de men. Butrii, & Bal. Ias. & aliorum relatorum per ipsum in dicta decis. 13. & in decis. 55. in causa Magnifici. & tenuit Bal. l. ordinarii. n. 9. C. de rei vend. & quia ciuilis & naturalis ratio suadet, vt antequam de dominio, aut de possessione cognoscatur, terminetur vter ex colligatoribus partes actoris, & vter rei sustinere debeat. §. retinendæ. instit. de interdict.

Cum igitur casus euenit, & altercando siue præuiis monitoriis de non turbando, sibi inhibitionibus de non accedendo ad possessionem, aut quouis
2 alio modo ad iudicem deuentũ fuerit, iudex sequestrata, aut penes seipsum auocata possessione rei de qua litigatur, (in quo tamen actu requiritur causæ cognitio & partis citatio. Ang. cons. 107. Iacobellus, & Lucas, in fi. Fran. Cur. in tract. sequest. p. 1.
3 n. 11. (iudex ipse terminum quinque dierum vtiliũ ad probandum vtrique parti statuet, quo elapso, illũ qui melius & aptius de actuali possessione & iure docuerit, in possessionẽ manuteneri mãdabit, ac etiã manu militari adhibita, manutenebit, cogendo etiã aduersarium ad cauendũ de non turbando, sub certa pœna, eoque possessore & reo cõstituto, terminum duorum mensium actori ad agendum posses-

sorio

sorio recuperandę, siue alio remedio, vel interdicto, sibi à iure, vel statuto prodito pręfiget: quo elapso si agi cœptum nõ fuerit, actori illi quo ad possessoriũ, perpetuum silentium imponet: sin autem agi cœptũ fuerit, causam intra dies viginti vtiles expediet, hęc ex prædicto statuto, lib. 1. c. 92. non tamen minor instantia erit quàm biennalis, vt supra pluries
4 dixi, & ab hac sententia retinendę possessionis non licebit appellare, vt in dicto statuto exprimitur.

5 Publicatio testium peti poterit, licet eorũ dicta reprobari non possint, quia iudicii natura hoc non patitur, vt dicit Capici. in causa Magnifici, dec. 55.

6 Verba statuti nostri ibi qui melius aptiusque de possessione & iure eius docuerit, non sine effectu ap posita fuerunt, siquidem voluerunt, quòd in termino quinque dierũ litigatores non solũ probationes actualis possessionis, sed etiam iuris & proprietatis facere possent: de quo vidi alias iudices dubitantes, quod tamẽ etiam circunscripto statuto est iure cõmuni expeditũ, & summopere prodesse posset, quãdo in tempore, numero & auctoritate probationes possessionis essent ab vtraque parte pares. tũc enim probanti de dominio possessio restitueretur, vt dicit Bar. l. fi. col. fi. vers. si vero vterque probauit. C. vti possi. & l. si de eo. §. fin. vbi dat cautelã, quòd ille qui timet de dominio ex aduerso probari, det articulos, & probet aduersariũ non solum clam, sed etiã clam ab ipso, possedisse. ff. de acqui. pos. Bal. d. l. ordinarii. nu. 10. C. de rei vend. Afflict. deci. 7. per totum, vbi dicit prodesse in quocũque iudicio possessorio, per reum articulũ dominii produci, & admitti debere, licet illius cognitio in fine causę reseruet, præsertim

sertim si adhibeatur clausula, saluo iure impertinẽtium, de qua ibi in additione: quæ reseruatio ex statutorum nostrorum dispositione necessaria non est, lib. 1. c. 70. neque hæc repugnant cum his quæ dixi supra de admissione articulorum. vers. qua in re. quoniam ibi de omnino impertinentibus, hic autem non esse omnino impertinentes ex sententia suprascriptorum doctorum apparet.

Si fideiussor se eximi ab obligatione petat. Cap. IIII.

1 *Fideiussor si petat se ab obligatione eximi, vel sibi alium idemnitatis fideiussorem dari, quomodo procedere debeat, & de citationis forma.*

2 *Fideiussor quibus casibus iure communi se à fideiussione liberari petere possit.*

3 *Fideiussor de euictione an possit petere se eximi à fideiussione iure isto antequam euenerit euictio.*

1 SI fideiussor se à fideiussione eximi, vel alium indemnitatis fideiussorem sibi dari petat, non solũ summariæ vt supra proxime est dictum, sed etiam alio breuiori modo sibi ex prædicto statuto lib. 1. c. 94. consulitur: siquidem habito instrumento in publicam formam, vbi de fideiussione cõstat, citari faciat reum ad videndum productionem certorũ iurium & actorum, dicendum contra, videndum admitti iurare testes super illorũ recognitione, quatenus opus sit, & ad eximendum infrascriptum instãtem à fideiussione pro aduersario facta in fauorem

Sem-

Sempronii, ſeu dãdum alium fideiuſſorem indemnitatis iuxta formam ſtatutorum: alias ad videndũ contra ipſum decerni & relatione per nuntiũ facta, & contumacia accuſata, producetur inſtrumẽtum, & teſtes qui recognoſcant, inducẽtur, & iudex man datum relaxabit, niſi ad primam, vel ſecundam, vel etiam ſi ſibi videbitur, niſi infra decem cum intimatione, vel ſine eius arbitrio, & ex tunc reo ceſſante, executio fiet realis ſiue perſonalis, donec reus impleuerit prædicta, ex præallegato ſtatuto lib. 1. cap. 94. & cap. 157.

2 Iſtud ſtatutum, quod eſt c. 157. exorbitat à iure communi: nam fideiuſſor talem exemptionem iure communi petere non poteſt, niſi vel ipſe cõdemnatus fuerit, aut diu ſteterit in obligatione, vel ſi obtulit, conſignauit vel depoſuit debitum, aut quarto ſi hoc actum ſit, ſeu quinto ſi debitor ſua bona dilapidet, vt notatur. l. ſi pro ea. C. manda. & l. Lutius Titius. ff. manda. Affl. dec. 241. quidam Notarius. n. 3. ver. 2. quęritur, itẽ vel ſexto niſi fideiuſſor pure forma guarantigię, vel alia quæ haberet executionẽ paratam, obligatus eſſet. Cyn. & Bal. l. certũ C. fam. erciſ. Alex. cõſ. 58. n. 6. vol. 6. & cõſ. 72. viſis. vol. 2. & l. frater à fratre. col. 2. verſ. ſi eſſet condẽnatus. ff. de cõdit. inde. Hypp. in rub. de fideiuſſ. n. 293. & 295. verſ. 39. quæro. & nu. 216. verſ. 31. quæro. Quamuis contrarium tenuerit Benedict. de Barzis in tractat. Guarantigiæ. in 6. part. 2. part. princip. quem ſequi videtur Curt. Iun. l. ſi ego. nu. 4. ff. ſi cert. pet. Sed & ſi duo ſint inſolidum, vel æque principaliter obligati, dicentur inter ſe fideiuſſores, reſpectu commodi quod ad alium peruenit,

nit, vt voluit Bart.l.reos.in prin.ff.de duob.reis.quē ibi ceteri sequuntur.Castren.cons.331.in causa Syluestri.vol.2.in prin.qui dicit dici vere fideiussor: sequitur Alex.cons.41.nu.2.vol.5. Ruy. cons.142.ad fin.vol.1.Dec.cons.7. in princ. & cons.266.vbi videtur distinguere inter statuta odiosa, vel fauorabilia, de quo Roncaga.d.l reos. in prin. n.18.

3 Circa istud statutum dubitatum aliquādo vidi, vtrum locum habeat in fideiussore, qui de euictione promisit, idest, an is se eximi à fideiussione, vel aliū sibi fideiussorem indemnitatis præstari, petere possit? & non esse locum statuto nostro hoc casu tentū fuit, ea ratione, quia fideiussor euictionis ante secutam euictionem non dicitur in obligatione stetisse, Bart. post Iac.de Aret.Cyn.& alios.l.facere.ad fi.ff. sol.mat.& ibi sequitur Alex. qui alios cumulat in princ.vbi etiā tractat quid in casu in quo fideiussor loco fideiussoris dari debet per reum, si creditor aliū recipere non velit, & opi.Bart. sequitur Affl.deci 241.quidam Notarius.n.3. vers.secundo quæritur.

De causis à decem scutatis infra; à quibus appellare non licet. Cap. VI.

1 *Appellare non licet in causis à decem infra ex priuilegio Pauli Papæ III.*

Quod intellige in causis pauperum & miserabilium personarum. ibid.

2 *Annuæ præstationes etiam infra decem non comprehenduntur in prohibitione de non appellando à decem*

cem infra, si quæstio sit an debeantur.

3 *Annuæ præstationis an vt mobiles vel immobiles iudicentur.*

4 *Summæ diuersæ si vna eademque actione debeantur, coaceruantur ad effectum cognoscendi si appellare liceat, vel non.*

1 Causæ à decem scutatis infra, licet comprehendantur sub summariis, & in illis procedatur quemadmodum in summariis procedi proxime dixi, nihilominus specialiter in earū fauorem introductum est, vt in eis appellare non liceat. per statutum lib. 1. c. 96. Quòd statutum vt in eo expresse dicitur, locum habet in his causis, quę coram Senatore & Collateralibus vertuntur tantum.

2 Rursusque dicti statuti dispositionē locum non habere credidi, in annuis præstationibus, scilicet quoties de solutione alicuius annui cēsus ageretur, licet ipsa annua pręstatio esset infra summā decem constituta, & hoc si in dubium reuocatum fuisset, vtrum deberetur, vel si ageretur, vt quis ad eam soluendam singulis annis in futurum cōdemnaretur: quoniam eo casu hic redditus seu annua præstatio

3 iudicaretur vt res immobilis, & quid perpetuum, vt latissime congerit Tiraquell. in tract. de retraict. lignagier, in §. 1. in glos. 6 à n. 3. vsque ad n. 11. etiam si adesset pactū de retrouendendo, vt ipse declarat ibidem, n. 8. & æstimari deberet ad rationem quinque pro centenario, vel ad summum decem: secus autem si non refricatetur dominii quęstio, super dicta annua præstatione, sed reus vel solutionem vel quid tale allegaret, quoniam eo casu postquam dies

cesse-

cesserit, is redditus vt res mobilis censeretur, vt ipse Tiraquell. amplissime declarat, vbi supra, num. 10. vers. secundo principaliter limita, post Bald. Soz. Rip. & Alciat. vbi per eum, & ex consequenti sub dicta constitutione (si modo personæ essent de illis) comprehenderetur.

4 Sed quid si petantur octo ex causa venditionis vini, & sex pro pretio frumenti pariter venditi, & cōdemnatio sequatur, vtrum & hoc casu appellare liceat, & quamuis diuersæ sint summæ, quia tamen vnica actione exempto petūtur, appellari posse tenuit Io. de Ferra in tracta. de appella. n. 153 per l. si qui separatim. §. si quis cum vna actione. ff. de appell. facit quæ dicit Ruyn. cons. 12. n. 40. vol. 3.

De causis mercedum. Cap. VII.

1 *Mecedum causæ priuilegium.*
2 *Opere ad mensuram vel æstimationem proprijs calce & cementis facto, an dicatur causa mercedis.*
3 *Salaria artium quæ ingenio præficiuntur, remissiue.*

1 MErcedum quoque causæ (quę & ipsæ summariæ sunt) aliud etiam speciale priuilegium ex statuto lib. 1. cap. 95. sibi vendicarunt, vt reus (si de summa a decem scutatis infra agatur) non nisi facto deposito audiatur, ad quod faciendum vnica citatione monitus, & intimatione secuta, captis pignoribus coercetur, nec ante audietur quàm depositum fecerit, vel, vt dictū est, realis executio facta fuerit. Si vero de summa maiori agatur, ad deponendum vel cauendū cogitur. Hoc autem adinuentum fuit,

vt

vt causę huiusmodi, quę vt plurimum pauperū sunt personarum, & sudorem vultus vel ingenii solertiā habent annexam, celerius & facilius expediantur.

2 Sed circa hanc mercedis causam dubitatū quandoque vidi, quid si architector, siue faber, vt sæpissime euenit, domum siue illius partem suis calce, cementis, & operibus pro certa mercede siue auersione, siue ad mensuram, seu etiam ad æstimationem conduxerit, vtrum & illius causa mercedis censeri debeat? & quidem si in solo meo insulā tuis cementis & operibus ędificādam locauero, vel vnico pretio, vel pretio certo in singulas mensuras, quas cannas hodie appellant, constituta; erit locatio & agetur locati, & merces dicetur, & depositū, vt dixi, fiet, quia hoc principaliter agitur vt factum præstetur, licet secundario veniāt & cemēta: at si de pretio æstimando actum fuerit, tunc non competet actio locati, sed præscriptis verbis & ex consequenti deposito locus non erit. hæc ex l. item si pretio. §. cum insulam. ff. loca. & ex Bart. & Cast. l. 2. §. adeo. eod. tit. locati. Bald. l. contractus. col. 3. vers. quęro. de secunda perfectione. C. de fide instr. Alex. ad Bart. d. l. 2. §. adeò. ff. loc. ex quibus ad similia facile extēsio fiet.

3 De salariis autem artium quæ ingenio perficiūtur, habetur. l. 1. §. ludi. vbi Bart. ff. de var. extraord. cogni. & per Alex. vbi proxi. dixi.

De causis alimentorum. Cap. VIII.

1 *Alimentorum causæ summariæ sunt.*

2 *Alimenta quæ dotium occasione debentur, quomodo petantur.*

Alimenta

3 *Alimenta tam pro viduis matrimonio soluto, quàm pro maritis onera ferentibus, ad septem cum dimidio pro centenario taxantur.*

4 *Alimenta pro aliis, quàm vxore & viro à statuto taxata non sunt, ideo arbitraria*

5 *Alimenta à quo tempore viduæ debeantur.*

6 *Alimenta pro sex mensibus, datis hæredibus mariti ad restituendam dotem, vbi & quomodo debeantur. & num. 8.*

7 *Vidua pro sex mensibus quibus stat in domo mariti, ea facere debet quæ constante matrimonio faciebat.*

9 *Vidua nolens pro sex mensibus cum hæredibus mariti alimentari, deducere debet lucrum operarum.*

10 *Alimentorum priuilegium est personale, ideo cessa actione de dote cessionario, alimenta non debentur pro futuro.*

1 ALimentorum causę summarię sunt tum ex dispositione stat.lib.1.cap.88 cum etiam iure comm. Bart.l. Mela. ff.de alimen.& cibi.lega. Cassad.de mutuis petitio.decis.1.in prin.

In istis igitur, vt supra in generali forma procecendi in summariis tradidi, procedetur.

Hæc velim intelligas in aliis personis, quàm in enumeratis, lib. 1 cap. 139.& 140. qui sunt maritus, vxor, pater, filius, nurus, & reliqui ibi nominati: quoniam in illis, procedendi modus satis apertus traditur ex eo statuto.

2 Sed etsi alimenta dotium occasione debeantur, quarum dotium sint instrumenta celebrata, etiam via executiua peti poterunt, vt dixi supra de execu.

instrum.

instru. dot. vers. pro alimentis, sic quoque si ex testamento debeantur, via executionis testamenti, de quâ supra, si id magis expediens visum fuerit, petentur.
3 Hæc autem alimenta tam pro viduis, quàm pro maritis, qui matrimonii onera sustinent, taxata sunt ad rationem septem cum dimidio pro quolibet centenario, lib. 1. c. 138. Quod statutum, vt dixi supra de executione instrumentorum dotalium, vers. pro alimentis, & sequ. in magna æquitate fundatum est, vt dicit Alex. consi. 31. nu. 5. vol. 6. circunscripto autem statuto quid esset tenendum, quia sunt opi. videnda erit deci. Affli. 284. vbi rationabilis & notabilis distinctio late per Plotum de in litem iurando. §. 11. nu. 14. & seq. Nunquid autem ex eo statuto alimenta taxante inducatur actio siue condictio ad petendum, visendus Soci. quod non, consi. 126. vol. 1. in fi. & 180. colum. fin. volum. 2. Iaso. l. de quibus. colum. 17. ff. de legi.
4 Reliqui vero quibus alimẽta debentur, taxatam summam à statuto non habent, ideò iudicis arbitrio vtentur.
5 Subnectam tamen circa alimenta, quæ dotis contemplatione debentur, aliquas quæstiones quas vidi de facto, & primo à quo tempore viduæ, hæc taxata alimenta debeantur, & quidem videbatur à die obitus mariti, vel saltem elapsis sex mensibus datis à statuto lib. 1. c. 163. ad dotem repetendam, de quibus statim dicam, qui miserationis gratia in locum anni de quo in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actio à statuto subrogantur. deberi cum eo termino elapso heredes mariti videantur in mora restituendi. argu. l. fin. §. pe. C. de iu. dot. sed tamen à die petitionis per

viduam faciendæ deberi resolutum vidi, ex verbis statuti antiqui ibi, si vero alimenta petantur per viduam,&c. quia statutum nō exprimebat nisi casum petitionis,& propterea omissus remanet in dispositione iuris communis. l. commodissime, cum concor.ff.de lib.& posthu. statutum si quidem qualitatē petitionis requirebat, & propterea illi loco aliter esse non poterat,nisi illa verificet.l.1. §. ait prætor.ff. ne quid in flu.pub.vbi Bart.Deci.consi.222.viso nu. 2. igitur antequam mulier petat, statuto locus non est.l.ita stipulatus.2.§.1. ff. de verb. oblig. hodie autem ex nouis refor. declaratum est Iudicialem interpellationem à vidua faciendam requiri,& ante non deberi,lib.1.c.137.

6 Pro sex mensibus quibus actio ad repetēdum dotem non datur, alimenta in domo mariti præstari debent,dicto lib.1.c.133.quia sine dote & fructibus mulier esse non debet,& ita communiter receptum fuit,vt attestatur Castren.l. diuortio in prin.vers. in glos.2.ff.sol.mat.in domo tamen mariti præstari debent vt dixi,& statutum prædictū disponit, si in ea
7 concedenter mulier stare possit, & hæredes mariti petant,in qua mulier otiosa stare nō debet,sed ea facere quæ cōstante matrimonio faciebat,vt dicit Castren.d.l.diuortio.num.9. & 10.quę alimenta etiam consequi poterit mulier extra domum mariti,si nolit cum hæredibus habitare, dummodo deducat id quod in domo hæredum sua industria lucrari posset,si de illis est mulier quæ operari consueuit, vt dicit Capic.post Barl.Bal. & Ias.decis.24.nu.8. & 10. vel taxata summa a statuto, nempe septem cum dimidio pro quolibet centenario contenta esse debet.

Et

8 Et prædicta alimenta, horum sex mensium à statuto ad dotem restituendam indultorum, si mulier non petat, post lapsum sex mensiũ, sibi nõ debebuntur, quia iam apparet alimẽtata: & propterea vidi nobilem quandam cautam mulierem, cum videret
9 sibi moram factam in alimẽtorum præstatione, mutuam sumpsisse, seu sumpsisse simulasse pecuniam, ex quo mutuo obtinuit alimẽta præterita ex sententia eiusdem Cast.d.l.diuortio.nu.6 & Ias.nu. 19. & 21 Cor.consi. 106.vol.2.& Bologni.cons.16.& Capici.d.decis.24.nu.9 quidquid dixerit Deci.l.de alimentis.C.de transac.in qua l.diuortio.reperies apud scribentes quid si dos sit in rebus stabilibus quæ statim redeunt ad vxorem matrimonio soluto, & quid si partim in stabilibus, partim in pecunia consistat, & quid si fructus dotis alimẽta excederent, ibi Bart. nu.1, Imol.& de immobilibus, & se mouentibus disponit statutum prædictum.c.133.
10 Personale est priuilegium hoc fructuum, respectu viri & mulieris, & propterea si cedatur, actio de dote, etiam post moram non transibit cum priuilegio fructuum in cessionarium. Alex.l.insula.§.vsuras.ad fi.post Bar.Bald.Spec.Fed.& alios, de quibus ibi per eum.ff.sol. mat. Cauti igitur esse debent, & qui cedunt, & qui cessionem recipiunt, quia aliquos vidi aliquando deceptos remansisse.

De conuento pro re mobili non possidente immobilia. Cap.IX.

1 *Conuentus pro re mobili si immobilia in districtu non possidet, de iudicio sisti cauere tenetur.*

2 *Conuento pro re mobili cauere cessante, res petita sequestratur.*

1 Restat circa summarias causas vnum animaduertere, quòd si quis petat rem mobilem, siue data petitione, vt in ordinariis (si rei valor summã ducatorum auri vigintiquinque excedat) siue vt in summariis (si infra summam præfatam res sit) siue etiam ante iudicium cœptum actione ad exhibendũ agere intendat: quòd si timeat rem alienari vel rem pro re supponi, & reus immobilia in vrbe, seu distri ctu vrbis non possideat, quòd citato reo ad cauendũ de iudicio sisti, & de nõ baractando, & repręsentando rem petitam seu petendam, & eo contumace exi
2 stente Iudex sequestrum, nisi infra certos dies vel etiam certum tempus suo arbitrio, ex rei & litigantium qualitate decernet, & rẽ tertio tradet speciali prouisione statuti lib. 1. c. 97. quod maximũ actori remedium est, tum propter exhibitiones, & recognitiones testium in iudicio faciendas, de quibus toto titulo ad exibendum, tum etiam propter celere in ea exhibitione facienda remedium, ab ipso statuto proditum: causæ igitur summariæ ita se habent.

LIBER QVINTVS.

De appellationib. & re iudica. Cap. I.

1 *Appellare à definitiua & viua voce, & in scriptis, quisque potest.*

2 *Appellatio in scriptis, infra octo dies à die latæ sententiæ,*

tiæ, interponi debet, & num. 11. & 12.

3 Appellans viua voce incontinenti appellare debet.
Appellans viua voce, quid exprimere debeat. ibid.

4 Appellare incontinenti non videtur vtile, nisi in casu de quo hic, & num. 6.

5 Fatalia computantur à die interpositæ appellationis.

7 Incontinenti appellatum quando dicatur.

8 Appellans viua voce, saluo iure appellandi in scriptis, iterum poterit in scriptis infra legitima tempora appellare.

9 Fatalia appellationis interpositæ viua voce, & post in scriptis, computantur à die interpositæ appellationis in scriptis.

10 Appellans viua voce, saluo iure appellandi in scriptis, si Iudex præfixerit certum terminum ad redeundum pro apostolis, non poterit extra illum terminum in scriptis appellare.

11 Appellationum tempora, idest decendium, de momento ad momentum iure communi computantnr.

12 Appellationum tempora, id est dies illi octo ad appellandum, computantur iure isto, excluso die latæ sententiæ.

13 A, præpositio diem celebrationis actus cui præponitur excludit.

14 Ficto contumaci, an liceat à die scientiæ iure isto appellare.

15 Forma appellationis in scriptis.

16 Appellans in scriptis quæ necessario in sua appellatione exprimere debeat.

17 Apostoli separatim ab appellatione peti possunt.

18 Apostoli sæpius vnico contextu peti possunt, & si semel tantum fuerint petiti, sufficere posset.

19 *Appellatio à sententia, plura capitula continente, in partibus facientibus contra, & non in aliis, interponi debet.*

20 *Cautella appellandi in partibus facientibus contra, unde eliciatur, & cuius sit utilitatis.*

21 *Appallatio limitata, limitatum parit effectum, tam respectu rei, quàm personæ.*

22 *Appellationis cedula non est necessario iudici legenda, sed sufficit dicere; appello prout in ista cedula.*

23 *Appellationis interpositæ Notarius met rogari debet, qui & testes adhibere debet.*

24 *Notarius non debet recipere albam paginam loco cedulæ appellationis, etiam si de appellante confidat.*

25 *Appellare volens, iudice non reperto, potest coram egregia persona protestari, & testimoniales recipere.*

26 *Diligentia reperiendi iudicem an sufficiat semel, & quandocunque facta.*

27 *Appellans à pluribus iudicibus, coram omnibus vel eorum maiori parte, coniunctim vel diuisim appellare debet.*

28 *Contumax fictus à vero, in appellatione à statuto, non distinguitur.*

ACTENVS de causis in prima instantia dictum est, nunc de causis appellationũ prosequar. In his igitur causis in quibus appellare permittitur, duplici modo à defini-
1 tiua appellare licet. Viua voce scilicet, & in scriptis, & hoc est in appellãtis electione. l. 1. in fi. cũ l. seq. ff. de appel. l. litigatoribus. C. eo. tit. dummodo memi-
2 nerimus si in scriptis appelletur, appellandum esse

infra

infra octo dies à die latæ sententiæ ex statuto lib. 1. cap. 161. de quo infra.

3 Qui viua voce appellat in continenti appellare debet. l. 2. ff. de appella. l. litigatoribus. C. eo. Bart. l. 1. §. libelli. ff. de appel. Bal. d. l. litigatoribus, nec est necesse aliud exprimere quã dicere; appello à tali sententia per te lata in fauorem aduersarii mei contra me, vt dicit d. l. 2. & Bart. & Bald. in locis præalleg.

4 Sed hæc in appellando incõtinenti diligẽtia, non minus nocere potest quàm prodesse: nam iure cautũ non reperitur secundum Cassado. de appella. decis. 6. in prin. quòd quis debeat incontinenti à sententia

5 appellare, nocere autem potest secũdum Bald. l. litigatoribus quia ab eo die fatalia cõputari incipiunt, Fely. c. quod ad cõsultationem, col. pe. vers. decima conclusio, de re iudic. & sic tempora prosecutionis appellationis cum tali diligentia abbreuiantur. Nam aut sententia appellationem admittit, aut nõ, si admittit, tam dicetur attentatum illud quod fiet pendente tempore ad appellandum, si post intra legitima tempora fuerit appellatum, quã illud quod fiet appellatione interposita, & pendente. c. non solum, vbi omnes de appella. in 6. & propterea videtur cautela potius nocens, maxime si sententia plura capita contineret, à qua consulte vt infra dicam, appellandum esset.

6 Posset tamen aliquo casu prodesse, vt si dubitaretur si causa appellabilis esset nec ne, aut etiam si de executione timeretur, quę dãnum maxime propt possessionis commodum afferre posset, vt cum ea appellatione iudex superior adiret, & inhibitio extorqueretur, vel etiam si iudex appellationi deferendo,

iurisdictionē à se abdicaret, vel quid tale, quod scias non successurum si iudex si & in quantū appellationem admitteret, vt infra prosequar: quare diligens causæ patronus quid magis expediat in suo negotiò subtilissime perpendet.

7 Incontinenti autem appellatum fuisse dicetur, si antequam iudex ex tribunali recesserit, fuerit appellatum, licet ad alios actus & ipse & appellans diuerterint, Docto. l. 1. ff. de appel. Cast. l. 1. §. biduum. col. 2. ver. sed pone iudex. ff. quan. appellan. sit.

8 Si is qui viua voce appellandum duxerit, facultatem sibi appellandi in scriptis reseruauerit, iterum
9 appellare poterit infra tempus ad appellandum sibi vel à statuto vel a iure præfixum. & tunc fatalium cō putatio à tempore secundę appellationis in scriptis interpositæ fiet, vt voluit Paul. de Cast. l. cum procurator. §. si dominus. ff. de no ope. nun. quidquid dixerint Bart. & nōnulli alii, & Cast. sequitur ibi Alex. nu. 16. dicens commu. & Ias. nu. 12. & ante eos tenuit Saly. l. si quis libellos. col. pen. & fin. C. de appel.

10 Sed hæc vera sunt & procedunt, nisi iudex eo tēpore, quo viua voce appellatum fuit, præfixisset appellanti certum terminum, ad redeundum pro apostolis, puta trium aut quinque dierum: quoniam si appellans intra illum terminum non rediret, vel ante lapsum illius termini aliam appellationē in scriptis, quam sibi reseruauerat, nō interponeret; appellando post illum terminum nihil ageret, quia suę appellationi renuntiasse censeretur. c. ab eo. de appe. in 6. Cle. quāuis. eo. tit. ita notab. determinat. Saly. d. l. si quis libellos. ad fin. quem sequitur Philip. Fran. c. tua nobis, vbi pulchre de hoc in vlti. quæst. in fi. post

Bald.

Bald. & Floria. vbi per eum extra de appella.

Et propterea alias dicebam, quòd is qui viua voce appellauerat, & iudex appellationem si & in quantum admiserat, quo casu tenebatur suæ appellationis instrumentum infra quinque dies à die appellationis, coram Capitaneo appellationum reppræsentare, ex statuto lib. 1. c. 170. & iterum septimo die in scriptis appellauerat, & primæ appellationis instrumentum infra quinque primos dies coram Capitaneo non repræsentauerat, quod in hac secunda appellatione audiendus non erat, quia primam deseruerat, quia lapsus termini statutarii ad repræsentandum præfixi, desertionem induxerat ex sententia proximae relatorum doctorum.

11 In scriptis autem appellatio infra octo dies à die latæ sententiæ computãdos interponi debet, ex statuto nostro, lib 1. c. 168. licet iure communi proditum esset, deberi infra decem dierum spatium ex tẽpore sententiæ, & sic de momento ad momentum computãdorum appellari. authen. hodie. vbi Doct. C. de appell. Fely. cap. quod ad consultationem. nu. 26 extra de re iud. vbi dat cautelam quòd qui appellat vltima die decendii, horam apponere debet, & idem tenet Alexand. cap. personas co. 2. de appel. & ante eos tenuit Paul. de Cast. l. 1. §. biduum, nu. 4. ff. quan. appellandum sit, & hæc tempora potuerunt à statuto limitari, & restringi, vt dicit Abb. cap. cum sit Romana. col. 3. de appel.

12 Sed licet iure communi tempora, vt dixi, de momento ad momentum computentur, in casu tamen statuti nostri exclusa die sententiæ, tota dies octaua

13 erit appellãtis, quia A, præpositio excludit & separat

rat diem latæ sententiæ.l.à calligato.C.de nup. vbi Cyn.& glos.l.ratio.§.cum per venditorem.ff.de act. emp.Bal.Cast.Alex.& Ias.l.1.in prin.si quis cautio. glos.cap.statutum,in glo.magna,vbi Imo.& alii de præb.in 6.laté per Tiraquel. de retract. lignagier.§. 1.in glos.an & Giorg.quæ est glos.11.nu.51.qui latissime congerit,& per Sarnen. in regu. de infirmis resignan.q.37.num.3.

14 An autem, ficto contumaci liceat infra octo dies à die scientiæ non obstante statuto nostro appellare,vide Aymo. Craueta de antiqui. tempo. par. 11. num.2. qui post Corneum,consi.17.colum.4. vol.1. tenet quod possit.

15 Forma appellationis de qua hactenus hæc est: A quadam prætensa definitiua sententia, seu vim definitiuæ habente lata, vt dicitur, & promulgata per vos Magnificum dominum secundum Collateralem in causa & causis, quæ coram vobis verti dicebantur indecisæ, inter Lutium Titium reũ conuentum ex vna, & Caium Mennium agentem ex alia, de & super prætensa restitutione prætensi fideicommissi, rebusq; aliis, &c. Procurator & eo nomine præfati Lutii Titii ad santissimum dominum nostrum Paulum Papam III. eiusque sanctam Sedem Apostolicam D. Capitaneum appellationum Vrbis omnemque alium iudicem competentem in his scriptis prouocat & appellat, petens sibi de apostolis instanter, & instantissime sæpius, & sæpissime responderi omni mleiori modo.

16 Ex his quę retuli,tria sunt necessario expriměda. Primum quis appellat,secundum à quo Iudice, tertium à qua sententia,idest, in qua causa: & hæc tria

col-

colliguntur ex dicta. l. 1. § libelli. ff. de appella. & ibi Bart. & cæteri qui etiam notant, quòd etiam si non exprimatur nomen causę, dum tamen sententia per aliquam demonstrationem certam designetur, sufficit.

Addo & quartum, vt exprimatur ad quem appelletur: nam licet iure canonum per verba illa; ad Sanctissimũ, &c. appellatio teneret, quia appellatio ad Papam omisso medio valet, & tenet. c. si duobus. extra de appel. cum concor. iure tamen ciuili, quod in hoc foro seruandum dixi, talis appellatio non tenetur, nisi id forte per errorē, vt dicit tex. l. 1. §. si quis appellatione. ff. de appellat. ideoque in suprascripta formula verba illa, omnemque alium iudicem competentē, adiecta sunt, vt omnem tollant ambiguitatem, & validam omnino appellationem reddant.

17 Requiritur & quinto, quòd petantur apostoli, & licet hoc necessario non fiat cum appellatione, quia posũt separatim ab appellatione peti, glos. l. 1. ff. de libel. dimisso. & l. iudicibus. C. de appella. tamen ex communi vsu, vt dicit Bart. d. §. apostoli. nu. 7. receptum est, vt in simul cum appellatione petantur.

18 Sexto requiritur quòd apostoli instāter & sepius petantur, & quamuis hoc interpellatis seu renouatis vicibus iure antiquo faciendum esset. l. 1. ff. de libel. dimisso. hodie tamen vnico contextu petiti sufficiunt, Clement. quamuis. de appellat.

Sed & si semel errore vt accidit petiti fuerint apostoli, & iudex detulerit, appellatio non vitiatur, vt dicit Rota de appella. 46. si appelletur à definitiua. aliàs, 351. in nouis.

Tribus enim illis primis pro substantia requisi-

tis,

tis, seruatis, in cæteris potius mens quàm verba appellantis consideratur, vt dici Specu. de appella. §. qualiter, alias, sequitur videre in fi.
19 Quòd si forte sententia, vt sępissime euenit, plura capitula, & ex his quædam fauorabilia, quædam vero cōtraria cōtineat, tunc in appellatione, ante verba illa; ad Sanctissimum, &c. hæc verba subnectende erunt, videlicet; in parte & partibus articulis, & capitulis contra præfatum principalem suum facientibus, & non aliàs, aliter, nec alio modo.
20 Effectus istorum verborū maximus est, & est optima praxis sec. Abb. in c. Raynaldus. in 5 not. extra de testa. & c. cum Ioannes. col. pe. extra de fid. instr. quem sequitur Fely. c. significauerunt. col. 2. n. 3. de exce. & Phili. Franc. c. si duobus. de appel. siquidem
21 limitata appellatio limitatum parit effectum tā respectu rei quàm personę, vt pulchre prosequitur Paris. consi. 66. videtur col. 5. per totum. Et propterea non poterit appellatus si ipse appellare omiserit ab his quę contra eum fuerant. pronūtiata, appellationi taliter limitare interpositæ inhærere; cum si simpliciter fuisset appellatum, non posset appellans in præiudicium appellati, appellationi renuntiare. Rota de re iud. 23. Iudex ad quem. alias incipit, si à definitiua. alias 365. in no. Deci. c. ex parte 2. n. 7. ff. de rescrip. & c. oblatæ. nu. 4. de appel. Anto de But. Abb. & Phili. Franc. c. si duobus extra de appel. Quinimo si simpliciter fuisset appellatum, is qui nō appellasset. posset appellationē prosequi. Rot. d. decis. 365. Abb. Phili. & Dec. d. c. si duobus. l. ampliorem, vbi Cyn. & Bald. C. de appel. licet idem Dec. d. c. si duobus. ad fi. tenere videatur nihil referre vtrū qui.
linu-

limitare vel simpliciter appellet, quasi simpliciter appellans, quatenus contra appellasse videatur, & non à toto, cuius dictum non puto verum, tum ex superius d.ctis, cum etiam ex dictis per eundem Decium ibidem, nu. 18. & nu. 19. Quo in loco animaduertendum ad ea quę notant ipse Decius & reliqui Doct. d.c. si duobus. respectu connexorum, & separatorum capitulorum, quæ consulto omitto, ne hoc in loco totā appellationis materiā transtulisse velle videat. Quamuis autem, vt dixi, in scriptis appellandum sit, nō tamen iudici necessario legenda aut recitanda est appellatio: sed sufficit vt iudici dicatur; appello prout in ista cedula, cap. appellatio. de appellatio. in 6. quæ cedula Notario vel actuario illius causæ vel alteri Notario, dummodo Notarius
23 sit, dari debet, qui ex eo actu instrumentum celebrare debet, vt notat Fontana in addi. ad gl. in ver. proponis. in d.c. appellatio. Et hoc in tātum verum est, quòd testes etiam adhiberi debent, de quo aliàs satis vidi in facti contingentia dubitatū, per nota. per dictam glos. & Docto. c. quoniam contra falsam. extra. de prob. sed tamen tentum fuit testes requiri, per dictum Phili. Fran c. 1. col. 4. versi. in ea glos. de appella. in 6.

24 Consueuerunt Notarii, fidem appellantium sequendo, alba pagina clausa, quasi in ea appellatio sit scripta, recepta, se de appellationis interpositione rogare, quos grauiter errare dicit Bart. l. contractus. in princ. C. de fid. instrum. cum prius eam recipere debeant, quàm instrumentum stipulari, vel in actis appellatum fuisse asserere.

25 Coram Iudice, vt prædixi, cum reuerentia debitoque

toque honore hæc appellatio eſt interponẽda. l.omnem honorem.C.quan.prouo.non eſt neceſ. & c. vt debitus.extra de appel. Quod verum ſi eius copia in publico haberi poſſit, alioqui nec in domo, nec in hortis,nec in ſuburbanis quærendus eſt, ſed coram honeſta perſona,qui Notarius eſſe poteſt,proteſtari debet appellare volens,ſe libenter appellaturum,& apoſtolos petiturum,prout in cedula quam in manibus habeat,ſi iudicis copiã habere poſſet, & propterea requirat Notarium,vt de eius diligẽtia fidem faciat,& ipſe de apoſtolis reſpondeat,qui Notarius teſtimoniales dare debet, ideſt de prædictis omnibus inſtrumentũ celebrare, & facti teſtimonium reddere,de hoc eſt tex.l.1.§ dies. ff. quando appellandum ſit,& tenuit Ægid.deciſ.381.ſi poſt ſententiam.

26 Sed ſtat difficultas,vtrum hæc diligentia fieri debeat in vltimo momento temporis ad appellãdum, an ſufficiat medio tempore facta, abſque eo quod in momento repetatur: quam quæſtionẽ ſubtiliſſime, diſputat Caſſado.de appel. deciſ.8. & refert Rotam tenuiſſe ſufficere ſemel factam diligentiam, licet nõ in momento, & ita ſeruatum vidi, per rationes appellationi fauentes, in ambgiuo, per eum recitatas, licet ipſe dicat dubium,principis declarationem expoſcere.

27 Quòd ſi plures fuerint Iudices;qui ſententiam tulerint, vt ſi capitolino aliquis ex reſcripto principis fuiſſet adiunctus, vel magiſtri viarum qui duo ſunt. Tunc ab omnibus aut à maiori eorum parte erit appellandum: appellatio tamen ſeparatim poterit interponi.Clemen.ſi à iudicibus.de appel. Rota,de appel. deciſ. 20. alias 222. nota quòd vbi appellatur à

tribus,

tribus, in antiquis, & similiter eis vel eorum altero non reperto, quo ad singulos præscripta diligentia facienda est.

28 Statutum nostrum lib. 1. c. 168. postquam terminum octo dierum ad appellandum præscripsit, protestatur neminem ignorantiam allegantem, auditurum, cum satis sit citationem ad sententiam audiendam præcessisse, & ipsam sententiam, in loco publico fuisse promulgatam; nec verum à ficto contumace distinguit, cum aliàs ficto contumaci tempus ad appellandum non nisi à die notitiæ computetur. Rota de dolo, & contu. decis. 11. aliàs, 49. in nouis, de quo dixi supra eo. ver. an autem ficto.

De apostolis. Cap. II.

1 *Apostolorum species enumerantur.*

2 *Iudex denegans respondere de apostolis, non potest vlterius in causa procedere.*

3 *Iudex requisitus pro apostolis & tacens, habetur pro deferente.*

4 *Iudex requisitus pro apostolis, qui dixit; dabo sine termini præfinitione, habetur pro deferente.*

5 *Iudex qui dixit; do apostolos, intelligitur dedisse dimissorios, vel etiam detulisse. num. 6.*

7 *Iudex dans acta pro apostolis, detulisse intelligitur.*

8 *Iudex istius curiæ pro apostolis requisitus, si deferre appellationi vult, si & inquantum admittere appellationem consueuit.*

9 *Appellationem admittens si & inquantum, defert quatenus ius deferat, & non aliter.*

Clausula, si & in quantum, in decretis, quid operetur ibi.

10 *Appel-*

10 *Appellationem admittere si & in quantum, & non admittere nisi si & in quantum, in substantia & effectu non differt.*

11 *Iudex volens super apostolis deliberare, potest appellantem ad iuris terminum monere.*

1 APostolorum, secundum Speculum in titulo de appel. §. sequitur videre, Alii dicuntur couentionales, scilicet cum pars appellata iudice refutāte vel tacente, vel in casibus in quibus extra iudicium appellatur, appellanti cōsensit, & vult vt de appellatione cognoscatur. circa quos videnda sunt quæ tangit Rota per Bisgnetum de appel. 18. à grauamine: Alii sunt testimoniales, de quibus dixi supra proxime ver. coram iudice Alii dimissorii, qui & reuerentiales dicuntur, de quibus d. l. vnica. de libellis dimisso, & 2. q. 6. post appellationē, & licet Speculus vbi supra, videatur ponere dimissorios cum reuerentialibus vt diuersos, tamen inter eos differentia nō est, vt dicit Io. Ferra. in tract. de appel. c. 6. num. 142. de men. Butr. & Abb. nisi si iuxta stylum Ro. Cu. reuerentiales in forma dati fuissent, quia tūc ex præscripto Curiæ stylo quædam subaudiuntur, idest quatenus procurator, quatenus in termino, & quatenus à definitiua, quibus deficientibus cēsentur dati refutatorii, & sententia trāsit in iudicatū, vt dicit Cassado. de appel. decis. 7. num. 5. Alii vere dicuntur refutatorii, per quos apparet quòd iudex appellationi nō defert. l. quoniam. & l. à proconsulibus. C. de appell.

2 Iudex igitur requisitus alteros ex his apostolis dare tenetur; alioqui si expresse negaret processus per ipsum postea factus irritus esset, vt dicit tex. c. ab eo. &

ibi

ibi notant Docto. de appel. in 6. vel etiam si taceret
3 idem esset, ex illo met tex. quinimo vt dicit Francus d.c. ab eo. col. pen. & fi. iudex habetur pro deferente, adeo quòd si post vellet dare refutatorios, & citaret appellantem ad recipiendum, nõ valeret dare refutatorios, & processus adhuc nullus esset. Plus etiam
4 dicit ibi Francus, quòd si iudex diceret; dabo, sine temporis determinatione, adhuc pro deferente haberetur, quæ omnia sunt diligẽter animaduertẽda.
5 Sed & si reperiretur scriptum, Lutius Titius appellauit, & iudex dedit apostolos, intelligitur de dimissoriis, vt dicit Abb. antiquus, & sequutur ceteri. c. dilectus de appella. quos refert. Rom. sing. 151. dicam tibi. Quia & is qui petit apostolos, dimissorios petiisse intelligitur, vt dicit glos. c. 1. verb. petat apostolos de appella. in 6.
6 Si iudex etiam simpliciter appellanti responden do dicat; do apostolos, nullo alio verbo adiecto, detulisse appellationi & reuerentiales dedisse intelligetur. Bal. l. appellatione, nu. 14. C. de appella.
7 Quod etiam dicendum erit, si iudex se dare acta pro apostolis dixerit, Rota de appella. decis. 8. alias, 70. si iudex in nouis.
8 Ex præscripto tamen quodammodo nostræ Curiæ stylo iudex pro apostolis requisitus, si appellationi deferre velit, si & in quantum admittit, & tũc Notarius ita annotare solet. Qui D. Iudex existens, &c. dictam appellationem admisit si & in quantum.
9 Et quamuis decretũ istud conditionem in se continere videatur, quę vt plurimum in decretis laudabilis non est, de quibus conditionibus abunde per Fely. c. cum contingat, n. 11. de offi. deleg. tamẽ hoc

casu non solum valet, sed etiam producit egregium effectum: nã si appellatio est interposita in casu prohibito, habebitur pro non admissa, & iudicis ligatæ manus non erunt, nec parti appellatæ aliquod erit præiudicium paratum: si vero appellatio de iure admittenda venit, iudex sibi & appellanti prospexit, ita de hac clausula scribit Vitalis Gamba. in suo tractatu clausularum, in clausula, si & in quantum, & in specie Fely. c. cum cõtingat, n. 13. de offi. dele. post Angelum, Roma. & alios, de quibus ibi per eũ, & hoc etiam tenuerunt Phil. Franc. & Alexan. c. sæpe contingit. ille col. 2. vers. si vero Iudex iste col. 5. vers. quid autẽ si Iudex dicat extra de appel. & per Roma. cons. 501. colu. 2. vbi etiam de vi istius clausulæ fere in omnibus actibus remissiue.

10 Vidi aliquos iudices erubescentes amico refutatorios dare, vel dubitantes vtrum appellatio sit admittenda nec ne, decreta seu responsiones verbis cõcipere negatiuis, dicendo; non admitto nisi si & in quantum, qui omnino nihil agunt, quoniam aut habentur pro non respondentibus, cum verba ista nullam conformitatẽ cum petitione apostolorum habeant, & sic tanquam tacẽtes cẽsentur appellationi detulisse, vt dicit Card. Clem. quamuis. §. fi. vers. 3. quæro. de appel. vel faciunt idẽ, quod fecissent cum verbis affirmatiuis, secundum Fely. d. c. cum contingat, nu. 13. quod verius puto; debent igitur aut aperte refutatorios dare, si credunt appellationi locum non esse, vel si & in quantum, vt prædictum est, tute sine læsione iurium partium, admittere.

11 Quòd si sibi satis apertum non sit quid respondere debeat, vel ex quauis rationabili causa, sibi videa-

tur

tur super responsione cogitandum, poterit appellantem ad terminum iuris monere, vt pro apostolis redeat.

De termino iuris. Cap. III.

1 *Terminus iuris, qui iure communi est dierum triginta, iure isto est dierum quinque, qui computantur vt hic.*

2 *Iudex non potest petentem apostolos, iure isto ad longiorem quinque dierum terminum monere.*

3 *Terminus iuris iure isto, an sit ille idem numero, & substantia cum termino ad repræsentandum appellationem.*

4 *Iudex pro apostolis requisitus, iure communi vsque ad vltimum momentum appellantem potest suspensum retinere.*

5 *Iudex non potest impetrari sine apostolis.*

6 *Apostoli sunt pars integralis appellationis.*

7 *Tempora interponendæ & prosequendæ appellationis, sunt à iure distincta, & vno pendente alterum non currit, & iudicis interim conquiescit officium.*

8 *Tempus vnum, & idem non potest operari circa diuersa.*

9 *Apostolos petiisse, in quacunque parte quinti diei, an sufficiat, etiam si iudex illos non dederit.*

10 *Apostoli recipi seu peti, & appellatio Capitaneo cum illis repræsentari, omnino infra quinque dies à die appellationis interpositæ debent*

11 *Apostoli an debeant necessario vltima die termini iure isto peti.*

12 *In termino & intra terminum quid differat.*

13 *Termino iuris pendente, iudici & parti intimare iure isto est inhibitum.*

1 TErminos iste, licet de iure triginta continuorũ dierum sit. l. iudicibus. C. de appella. cap. ab eo. eod. tit. lib. 6. qui hodie numerantur à tempore appellationis interpositæ, vt dicit Rota de appel. decis. 5 aliàs 29. fuit dubitatum, tamen a statuto antiquo lib. 5. c. 48. abbreuiabatur, & reducebatur ad illa met tempora, quæ fuerant data per aliud statutũ lib 1. c. 162. ad repræsentandum appellationem iudici ad quem, qui sunt quinque dies à die appellationis interpositæ, voluitque statutum illud, quòd iudici non liceat ad longiorem terminum monere, & quòd sufficiat in dicto termino, & qualibet parte ipsius diei pro apostolis rediisse, seu illos petiisse, & insuper mandabat quòd termino iuris pendente, nec per iudicem, nec per partem intimatã, aliquid possit inouari.

3 Statutum istud nonnullas probabiles induxit difficultates, & primo in facti cõtingentia quidã monitus ad terminum iuris vltima die termini rediit pro apostolis, cuius appellatio fuit admissa si & in quantum, hic infra alios quinque dies appellationem coram Capitaneo repræsentauit, pars appellata prætẽdebat appellationẽ desertam, quia dicebat debuisse repræsentari infra illos met quinque dies, infra quos apostoli peti possunt; & se fundabat in verbis statuti ibi; terminus iuris intelligatur ille idem terminus, qui datus est à statuto ad repræsentandum appellationem iudici ad quem, si ille idem, ergo in vno eodem que termino debebant omnia impleri.

Pars

Pars vero appellans dicebat ſtatutum illud exorbitans,& odioſum debere interpetrari ſecundum iuris communis regulas,& propterea, cum iudex poſſit tenere impeditum appellãtem, antequam illi de
4 apoſtolis reſpondeat,vſque ad vltimum momentũ, vt dicit glo.Clem. quamuis. verbo, vel intra.de appel.Rota per Caſſa.de appell.deciſ.8. num.5. & ſine apoſtolis non poſſit Iudex impetrari,vt tenet Compilator in deciſ. Rotæ. 357. aliàs de appella. 41. in no.& Feli.cap. perſonas, ante numerum quintũ de appella.& ſeruat Curię ſtylus,& per cõſequens, nec iudici ad quem appellatio repræſentari.l.vna. ff.de libel.dimiſſo.l.pręſes. C.de appel.qui tex.eſt vnicus in iure ciuili ſecundum Bald. ibi.& quidem optima ratione,quia ſine apoſtolis appellatio integra nõ di-
6 citur,quippe cùm apoſtoli ſint appellationis pars integralis ſecundum eundem Bald.l. eos.§ apoſtolos. in prin.C. de appell.Rota deciſ.366. aliàs de appel. 50.ſi appelletur in no.ſi igitur idem numero & ſubſtantia eſſet terminus ad repræſentandum cum termino ad redeundũ pro apoſtolis, ſequeretur quòd eſſet in poteſtate iudicis quemlibet appellantem opprimere, quia poſſet ipſum vſque ad vltimum momentũ ſuſpenſum tenere,in quo momento non poſſet & reſponſum accipere, & Iudici ad quem reprę ſentare,& ſic appellatio deſereretur, quod non eſt veriſimile ſtatuentes voluiſſe, qui remedium appellationis non reſpuerunt, igitur non de eodem termino numero,& identitate dierum, ſed numero tantum intelligendum eſt.

7 Secundo,quia de iure tempora appellationum feriatim reperiuntur à lege pręſtituta & diſtincta. Al-

terum enim est ad appellandum, alterum ad petendum apostolos alterum ad petitos præsentãdum, alterum ad prosequendum, quos enumerat Alexand. c.personas.col.2.de appella.& interim, aliquo prędictorum pendente, officium iudicis conquiescit, vt ipse ibidem dicit col.4 & ante eum tenuerat Bald. quem ipse non allegat in addi.ad Spec.in tit.de appella.in addi.magna.col.13.ver.quæ differẽtia, quę tempora & dilationes in materia de qua loquimur, non inculcantur, sed vna post aliam cedit. glos.l.2. verb.temporalem.c.de temp.appella. Bald in dicta addi.col.14.vers dilationes, facit dictum Bart. cons.
8 137.statuto communis Gualdi.nu.2. qui dicit vnũ, & idem tempus non posse operari circa diuersa; & dictum Bal.l.fi.paulo ante fi.C.de executio rei iudi. qui dicit, quòd quando duæ dilationes proueniunt à diuersis dispositionibus, nunquam vna aliam absorbet, sed successiue intelliguntur.

Ex his & aliis quę hinc inde tunc adducta fuerũt, animus Iudicis diu stetit suspensus, & tamen vt arbitror de negotio transactum fuit. Quidquid tamen tunc dictum fuerit, arbitrabar terminum intelligi debere idem numero & substantia, motus per tex.& glo.cap.ab eo.2.q.6. vbi terminus de quo in statuto, datur ad vtrunque, scilicet ad petendum apostolos & ad præsentandum, & glo.aduertit fuisse legẽ illã in Codice Theodosiano, & propterea cũ statutum redeat ad ius antiquum, non dicetur odiosum, nec exorbitans.

9 Secundo, quia cessat ratio oppressionis appellantis ex dispositione eiusdẽ met statuti, si recte intueatur: nam disponebat statutum quòd in quacunque

par-

parte diei ſufficiat apoſtolos petiiſſe, & ſic ceſſat ratio in contrarium adducta de momento, quia poſtquam Iudex ſemel in die termini, de quo ſtatim loquemur, fuerit requisitus, ſiue apoſtolos dederit, ſiue non, appellatio poterit repręſentari, quia petiti ſufficiunt, ad hanc igitur difficultatē tollendam in no-
10 uis ſtatutis lib. 1. c. 159. declaratum eſt terminum illum quinque dierum incipere à die interpoſitæ appellationis, & intra illos quinque dies inſtrumentū coram capitaneo repræſentandum.

11 Alia ex eiuſdem antiqui ſtatuti verbis ibi in quo termino, & quacunque parte illius diei, &c. tractata quæſtio fuit: quęrebatur enim vtrum vltima die termini neceſſario apoſtoli peti deberent, vt ſtatuto ſatisfieret, & an ſi ſecunda, vel tertia die petiti fuiſsēt, ſufficeret: litera enim ſtatuti intelligere videt̄ de vltima die, quia ipſam vltimam diem terminum appellat, per verba illa & quacunq; parte illius diei, & hoc eſt quod dicit gloſ. clem. quamuis. verb. intra di-
12 ctum. de appella. differunt enim hæc intra terminū & in termino: nam qui iuſſus eſt facere in termino, non poteſt ante vltimum diem facere: qui intra terminum, poteſt quādocunque, dummodo aliàs loco & tempore cōgruis, vt dicit glo prędicta. Et ideo dicebat Pau. de Caſt. l. item illa. in prin. ff. de conſti. pecu. quòd citatus ad articulandum ad octauam, non poteſt ante vltimam diem articulos dare, & glo. prędictam ſequuntur Car. d. Clem. quamuis. §. ſimiliter verſ. 3. quæro. de appella. Philip. Fran. cap. perſonas. col. 3. verſ. & aduerte. & ibi Fely. colum. 2. in prin & Dec. nu. 12. extra de appella. facit dictum Caſſado. de appella. deciſ. 8. num. 5. Quo in loco eſt animad-

uertendum, quòd id quod dicit Francus ibi de penultima die, non est intelligendum, vt quis comparendo in penultima die satisfaciat termino, nisi ad diem penultimam sit monitus. & ita loquitur glos. quam Francus allegat, licet ipsius verba cõtrarium innuere videantur.

In contrarium, quod petit sufficerent quacunque die ex quinque, videbatur innui per statutum antiquum lib. 1. cap. 162. in quo dicitur; appellatio debet repræsentari infra quinque: cum igitur ille idẽ terminus detur per statutum nostrum ad redeundũ pro apostolis, & in illo statuto sit apposita dictio, intra, dicendum videbatur, quòd ille terminus cũ sua dictione, intra, esset repetitus: & ex consequenti ex supra relatis sufficeret quandocunque fuerint petiti, quia terminus cum suis qualitatibus repertus censetur.

Attamen prior sententia verior est, tum ex prędictis, tum ex eo quia statutũ expresse declarat, quòd in termino & quacunque parte illius diei, & sic habet diem vltimam pro termino, & ideo in nouis reformationibus adiecta sunt illa verba, in quo quinto die a qualibet parte illius sufficiat pro apostolis rediisse, & Iudice non reperto aut respondere cessante sufficiat coram notario potest esse.

13 Insuper statutum prædictum lib. 3. c. 48. & nouũ lib. 1. c. 169. vt tolleret ambiguitatẽ Doctorum disputantium vtrum pendẽte termino iuris iudici manus ligatæ cẽseantur, de quo per Rotam decis 128. aliàs, de appell. 19. in no. & per Alexandrinum. c. vt debitus colum 27. ad fin. de appell. voluit quòd isto iuris termino pendente, nihil per ipsum iudicẽ, nec

per

per partem deleto antiquo verbo intimatam, possit innouari.

De præsentatione appellationis corã iudice ad quem. Cap. IIII.

1 *Appellatio repræsentari coram Capitaneo intra quinque dies, à die qua fuit interposita, debet.*

2 *Appellatio potest repræsentari à quolibet, etiam sine mandato.*

3 *Sede Capitanei vacante, appellatio repræsentatur Conseruatoribus, per acta eiusdem Notarij appellationum.*

4 *Conseruatores, sede Capitanei vacante inhibent.*

5 *Capitaneus recepto instrumento appellationis à definitiua, statim debet inhibere.*

6 *Appellatus cauere debet, ne appellatione pendente, aut tempore ad appellandum aliquid innouet, quia attentaret.*

1 APpellans igitur recepto appellationis & apostolorum instrumento, illud intra quinque dies à die appellationis interpositæ numerandos, & sic exclusa die appellationis, debet coram Capitaneo appellationum repræsentare, in qua repræsentatione nulla alia solemnitas requiritur, nisi quòd instrumentum Notario causæ tradatur, qui illius præsentationem in actis annotabit, nec iudicis aliter decretum requiritur, nam statutum nostrum quod est lib. 1. cap 170. nihil aliud quàm repræsentationẽ intra dictum terminum fieri requirit.

2 Controuersum vidi nunquid sufficeret huiusmo-

di

di repræsentatio à quolibet facta, vel requireretur, vt de mandato repræsentantis constaret, & tentum fuit cuiusuis pręsentationē sufficere, quia iudexà quo libet sine mandato potest impetrari, præsertim iure ciuili, quo hic vtimur. l. vniuersis. C. de pręcib. impe. offe. & sufficit ratihabitio. Spec. in titu. de appell. §. nunc breuiter. nu. 14. faciunt dicta per Cassado. de appella. decis. 4.

3 Sed quoniam sæpe contingit sedem Capitanei, tēpore repræsentādarum appellationum vacare, ideo statutum lib. 1. c. 189. voluit quòd loco Capitanei repræsententur Conseruatoribus, per acta tamē ipsius Capitanei notarii, qui Conseruatores appellationes
4 & querelas recipere & inhibere tantum possunt, reliqua vero acta futuro Capitaneo reseruantur ita vt interim sede hac vacante nulla tempora nullique termini currant.

5 Huiusmodi instrumento repræsentato, si cognouerit Iudex appellatum fuisse a definitiua (nam de interlocutoria paulo infra dicam) statim inhibere debet Iudici à quo, & parti appellatæ, ne contra appellantem & eius bona aliquid innouet, etiam sub pœna, eius arbitrio moderanda, lib. 1. c. 167.

6 Et in hoc animaduertet appellatus, siue actor q̄ neque pendente termino ad appellandum, quod supra dixi esse octo dierum, neque pendente appellatione, aliquid contra appellantem innouet, quoniā vltra pœnam prædictam, adest & legalis quę est, vt omnia tanquam attentata reuocentur. c. non solum. cum concor. & notatis de appella. in 6.

De

De deposito faciendo in executiuis. Cap. V.

1 *Appellans in executiuis, depositum infra triduum summæ iudicatæ facere debet.*

2 *Condemnatus ad factum in executiuis tenetur deponere quantum aduersarius, Iudice taxante, sua interesse putauerit.*

3 *Appellatus in executiuis, si sit actum de re immobili, rem penes idoneum, infra triduum in sequestrum ponere sole.*

4 *Aequiparatorum vbi par est ratio, par esse decisio debet.*

5 *Depositum in re immobili, in defectum pecuniæ faciens rem liberam, non litigiosam, & plus valentem, etiam ad electionem appellati, deponere debet.*

Deponens res immobiles, ad pecuniam condemnatus, si minus valentes deponat, appellationem deserit, ibidem.

6 *Pauper, qui non potest summam iudicatam, nec in pignoribus, nec in immobilibus deponere, probata paupertate infra triduum, ad prosequendum appellationem, admitti debet.*

7 *Pauper in pecunia & pignoribus, etiam infra summam centum, deponere poterit immobilia, paupertate probata.*

8 *Forma cedulæ depositi.*

9 *Tertius appellans à sententia lata in executiuis, depositum facere non tenetur.*

10 *Terminus ad faciendum depositum, à statuto in executiuis præfixum, per iudicem suspendi non potest.*

11 *Di-*

11 *Dilatio data à lege ſine miniſterio iudicantis per iudicem immutari non poteſt, & præſertim ſi pœnam iniungit, num.* 13.

12 *Quod limita dupliciter, vt & num.* 15.

1 QVi appellat à ſentētia, vel decreto, executionis inſtrumentorum, apocharum, teſtamentorū, ſententiarū, laudorum & ſimiliū ſi qui ſunt; aliquid aliud vltra appellationis repræſentationē facere tenentur, nam ſummam iudicatā, aut pignora ęquiualētia infra tres dies, a die repræſentatæ per eū appellationis, apud aliquem idoneum cāpſorem, vel aliū fide & facultatibus idoneū (nam ita etiam receptū eſt) deponere tenetur, etiā ſi appellatus depoſitū nō requiſiuerit, quod ſi ſumma ſit maior ducatis centū, (de carlenis,) & reus perſona quæ veriſimiliter tot pignora nō habeat, poterit res ſtabiles plus valētes ad electionē partis aduerſæ infra triduū prædictum deponere, aliàs appellatio remanebit deſerta, & prima ſententia firma erit ex ſtatuto lib. 1. c. 171.

2 Quòd ſi appellans fuerit condemnatus ad factū, tenetur deponere, quantum appellatus iurauerit ſua intereſſe, iudicis taxatione præcedente, ex eodē ſtatu. infra triduum poſt iuramentum ab appellato præſtitum, & taxationem à iudice factam, & denūtiationem factam appellato, nam ignorāti & agere non valenti præfinita tempora non currere ſæpiſſime reſcriptum eſt. l. 1. in fin. C. de anna. excep. Bal. l. cos. §. apoſtolos, num. 6. C. de appella. Curt. Senior conſ. 32. num. 11.

Circumſcriptis enim verbis illis in ſtatuto nouiſſimo, de quo ſupra, appoſitis, etiā ſi appellatus non requi-

requisiuerit, quæ non aderant, in antiquissimo statuto, ex lapsu dierum, sine requisitione & petitione appellati, non remanebat appellatio deserta, quia terminus præfixus sine partis requisitione de se nō sufficit. l. 4. §. hoc autem iudicium, vbi Bart. in prin. ff. de dam. in fec. Castren. l. peto. §. fratre, nu. 3. de leg. 2. Hyppo de Marsi. in sua praxi crimi. §. nunc vidēdum num. 5.

3 Quòd si super re immobili exeqēdum esse pronunciatum esset, vt puta, si executio testamenti ad rem legatam, aut donationis ad rem donatam consequendum, vel quid tale, petita fuisset, tunc statuto prædicto pariter si appellatus non requirat res penes idoneam personam sequestrari debet.

4 Sed quoniam eo casu, quo depositum in re immobili fieri licet, electio est appellati: animaduertet ipse appellatus, vtrum depositum ab appellante factum sit in re libera nō litigiosa, & quæ cito empto rem reperiat, quod si talis non sit, eligere debet aliā rem per appellantem deponendam, nec hoc statutum à iure communi exorbitans est, quoniam creditor qui generalem hipothecam habet, meliorem eligere potest. l creditoris. vbi Bart. notat id esse cōtra opinionem Rusticorum. ff. de distrac. pig. Alexan. l. in quartam. nu. 6. ff. ad l. falcidiam, quam electionē creditor denuntiare statim debet appellāti, nam triduum ad deponendam rem electam non ante appellanti currere incipiet, quàm ei electio fuerit denunciata, per ea quæ paulo ante notaui ver. quod si

5 appellans fuerit. Sciet quoque deponens ex verbis statuti prædicti quòd si rem minus valentem deponet, appellatio deserta remanebit.

Sed

6 Sed si appellans ita pauper sit quòd depositum summæ in qua fuerit condemnatus, nec in pignoribus, nec in mobilibus facere possit, tunc studebit intra triduum, si id fieri poterit, suam paupertatem probare, qua probata ad prosecutionem appellationis, sine deposito admittetur. l. 2. ff. de custo. reo. ver. vel qui per inopiam. Crem. sin. 121. statuto cauetur, Mathesi. nota. vlt. nota quòd licet. ex quorum rationibus idem puto dicendum siquis infra summam centum condemnatus in pecunia, vel bonis mobilibus depositum facere non valeret, vt probata paupertate ad rei soli depositum admittatur, statutum tamen nostrum vult vt se in carceribus constituat, quod puto obseruandum.

8 Forma depositi, si de eo Notarius non rogetur, hæc est. Ego Sempronius Ruffus habeo penes me ducatos quinquaginta, quos deposuit Lutius Flauius in causa prętensi legati inter ipsum Lutium appellātem ex vna, & Quintium Furium appellatum ex alia, coram Magn. D. Capitaneo appellationum Vrbis vertente, quos ad omne mandatum eiusdem D. Capitanei consignare promitto, & in fidem hāc scripsi & subscripsi. Datum, &c.

9 Dubitatum vidi quandoq; si tertius qui se ex sententia, siue decreto executionis, de qua tractamus, lædi putat, à sententia appellet, vtrum & ipse depositum facere teneatur? & nō teneri conclusum fuisse scio, per nota per Barba. clem. vt calumniis nu. 28. de re iudic. per Fely. c. exceptionem, num. 25. de exceptio. per Ia. Alate. l. à diuo pio. §. si super rebus, num. 17. de re iudic.

10 Rursus etiam dubitatū vidi, de alia notabili quęstione,

ſtione,quidam qui appellauerat in quadam cauſa in qua depoſitum fieri debebat, ad hoc vt depositum euitaret, cauſam attentatorum confinxit,& nactus Capitaneum iudicem propitium, decretum impetrauit,vt tempora ad faciēdum depositum non currerent,donec attentata diſcuterētur. Cum autem in materia attentatorum ſuccubuiſſet,& exinde appellatio remansiſſet deſerta, vt infra ſuo loco dicetur, quærebat appellans deſertionem hāc ex termini ſuſpensione per iudicem facta ſuſtinere. dicebam non poſſe,quia licet terminus ad proſequendum appellationē qui eſt appellanti & appellato communis, ſuſpēdi poſſit per partes, vt infra de fatalibus dicetur, tamen quando terminus eſt datus vni parti, ad aliquid faciēdum pro validitate appellationis,vt eſt in decendio dato ad appellandum,vel alio ad redeundum pro apoſtolis vel simili, illa tēpora nec per cōpromiſſum,nec per expreſſum, aut tacitum conſenſum partium ſuſpendi poſſunt, vt dicit Card.Clem. quandiu.nu.6.& ibi Imo.nu.3.de appel.Bald.authē. ei qui nu. 10.C.de tēpo. & repa.appella. Alex.l.properandum nu.16.C. de appella.duabus moti rationibus; prima, quia hic terminus datur vni parti ad implēdum. ſecunda, quia impeditur iuriſdictionis translatio,vt facit ſtatutum in caſu noſtro:nā cauſa cenſetur deſerta,deposito non facto,& sic non deuoluta,si non deuoluta Capitaneus nihil in ea ſtatuere poterit,quia incompetens. Ancha.de mente Ioannis And.conſ.284.Et fere in propriis terminis eſt gloſ. c.cum ſit.in glo.magna.in prin.verſ.quædam tamē extra de appell. quæ dicit, quòd cum dilatio datur à lege ſine myſterio iudicantis, quòd tūc per iudice im-

immutari non poteſt, cuius gloſ. opi. dicit commu. Imo ibi, col. 2. verſ. ſed quantum, & ſequitur ibi Frãcus, col. 3. verſ. & ideo. quam etiam dicunt commu. Rapha, Iaſ. & Rip. qui alios cumulat. l. 2 ff de re iudic. & clariſſime per Fely. in caſu quando ſtatutum
12 pœnam iniungit, vt noſtrum ſtatutum facit, d. cap. cum ſit. col 2. verſ. limita quarto.
13 Hæc tamen quæ dixi de termini ſuſpenſione limitantur, & non procedunt duobus caſibus; primo, quando publica vtilitas ſuaderet ſuperſedendum eſſe: ſecũdo, ſi aliter agendo res eſſet ſcandalum pari-
14 tura, vt dicit Panormi. d. c. cum ſit, & Bart. l. 2. ff. de re iudi, vbi & Alex. & ita declarari obtinui. Quæ deciſiones & auctoritates in ſtatutis noſtris menti tenendæ ſunt, quoniam in eiſdem multi à lege termini dantur, ſine iudicantis miniſterio, & multi frequenter in eorum ſuſpenſionibus errant.

De appellationibus ab interlocutoriis & depoſito faciendo. Cap. VI.

1 *Appellare ab interlocutorijs, & quibus caſibus permittatur.*

2 *Appellatio ab interlocutorijs non viua voce, ſed in ſcriptis fieri debet.*

3 *Appellatio ab interlocutoria, quæ continere neceſſario debeat.*

4 *Appellatio ab interlocutoria, quæ exprimit grauamen non nominatim, ſed per relationem ad acta, non ſuſtinetur.*

5 *Appellatio ab interlocutoria ſuſtinetur, ſi vna ex pluribus expreſſis cauſis ſit vera.*

Ap-

Appellatio ab interlocutoria, valet sine expressione causa, in septem casibus hic notatis. ibid.

6 Causa omissa in appellatione ab interlocutoria, durante tempore ad appellandum potest addi.

7 Appellatio ab interlocutoria, cui iudex detulit etiam viua voce, & causa non expressa facta sustinetur, saltem in vim remissionis.

8 Appellatio ab interlocutoria, sine causa expressione, valet quando iudex sine strepitu & figura iudicij, vel iuris ordinibus, & solemnitatibus omissis, cognoscit.

9 Appellatio ab interlocutoria, per manus Notarij actuarij illius causæ interponi debet iure isto, iure communi secus.

10 Forma appellationis ab interlocutoria.

11 Iudex a quo ab interlocutoria appellatur, friuole appellanti refutatorios dare debet.

12 Notarius de appellatione ab interlocutoria rogatus, testes adhibere debet.

13 Iudices consueuerunt quandoque appellantes ab aliis quàm permissis interlocutoriis reponere, ad effectum melius deliberandi, qui postea procedendo ad vlteriora, censentur actum confirmare.

14 Appellationes ab interlocutoriis, regulantur in terminis ad appellandum, repræsentandum, & prosequendum sicut ille à definitiuis.

15 Appellans ab interlocutoria in casu permisso, summam certam pro pœna deponere tenetur, aliàs appellatio deseritur.

1 HAec de appellationibus à definitiuis. cæterum si ab interlocutoria appelletur (nam quibusdam

casibus litis ingressum impedietibus, & qui ad merita reseruari non possunt tantum: statutum lib. 5. c. 62. ante definitiuam appellare permittit, vt sunt si de competentia, vel incompetentia iudicis agatur. si de litis pendentia, re iudicata, lite finita transactione litis pendentia, re iudicata, lite finita transactione, excommunicatione maiori pacto de non petendo ad tempus, excipiatur; si iuramento litis decisiuo locus sit, nec ne quæratur, si petatur, vel negetur cõpromissum fieri debere, si ordo substantialis præposteratus esse dicatur, si de causa præiudiciali obiiciatur, si terminum ad perficiendum inuentarium iux. l. fi. C. de iure deli. pendere dicatur; & aliis forsan casibus, quibus per statuta prohibetur audientia, vel actio agenti denegatur expresse; si inquam à tali interlocutoria appelletur.

2 In primis animaduertendum erit, vt appellatio
3 interponatur in scriptis; nam hoc casu viua voce appellare non licèt: secundo quod causa grauaminis in ipsa appellationis schedula inseratur, & exprimatur, vt de vtroq. est text. & ibi Docto. c. cordi. de appel. in 6. tertio quod petantur apostoli, vt dicitur d. cap. cordi. & hæc tria tanquam de substantia obseruãda dicit Francus d. c. cordi. in princ. licet decem requisita adnotasset Rom. cons. 501. vt declarationem accipiat.

4 Et illud secundum, idest expressio causæ, adeo necessario requiritur, quod licèt esset dictum ex causis ex actis colligibilibus, nisi certa pars actorum nominatim exprimeretur, appellatio sustineri nõ posset; prout nec etiam vna, uel plures causæ expressæ essent, prosecutio ex causa non expressa admitteretur,
5 quamuis ex pluribus expressis vna vera sufficeret, vt hęc

hæc omnia nominatim prosequitur Phili. Fran. vbi supra col. 1. & seq. Qui regulam prædictam quinque notabilibus limitationibus restringit. Prima si esset appellatum ab habente vim definitiuæ: Secunda si appellaretur in maioribus casibus soli Papæ reseruatis: Tertia si ab ea interlocutoria appellaretur, quæ habeat in se patentem iuris errorem, de quo cõstet, aut cõstare posset ex allegationibus iuris; Quar-
6 ta si in ea interlocutoria expressa sit causa à iure reprobata: Quinta si durante tempore ad appellandũ dato, causa ommissa subnecteretur. Addo & ego sex-
7 tam, si iudex appellationi detulisset, quia tunc etiam viua voce interposita appellatio, & causa grauaminis non expressa deuolueret, si non in vim appellationis, saltem in vim remissionis factæ per iudicem, vt dicit Rot. per Bisnet. de appella. decis. 18. à grauamine, vel interlocutoria. Fran. cap. vt debitus. in vlt. quęst. extra de appella. & hæc si vera est, vt arbitror magna est limi. ad d. c. cordi. quod intellige, vt infra proxime verbo, iudex.

8 Item & septimam quando esset statutum, aut rescriptum quod in appellationibus procedatur solẽnitatibus & iuris ordinibus non seruatis, vel sine strepitu & figura iudicii, quoniam eo casu appellatio, & sine scriptis, & sine causæ insertione etiam ab interlocutoria, sustineretur, sec. Phili. Franc. d. c. vt debitus. in 7. quæst. vers. aduerte tamen ad vnam. de appella. quæ etiam limitatio, si vera est & ipsa quidem notabilis est; alias quoque limitationes tradidit Alex. d. c. vt debitus. col. 22. ver. stat. ergo conclusio. de appell. quas hinc transcribere non curaui, cum etiam earum aliquæ sint reprobatę.

9 Vltra prædicta tria, est & quartum necessario à statuto nostro requisitum, scilicet, vt hæc ab interlocutoria appellatio per manus Notarij actuarii interponatur. lib. 1. c. 174. nã licet appellatio a definitiua & hæc de qua tractamus, iuris dispositione, posset per quemcunque notarium scribi, & per testes probari, vt dicunt Docto. d. c. cordi. tamen hæc ab interlocutoria ex statuto nostro per actuarium & non alium interponi debet impedimento cessante, quo casu impedimenti parti aduersæ appellatio per appellantem insinuari debet d. c. 174.

Cæterum si quis interlocutorias à definitiuis, & eas à mixtis, earumque reuocationes, approbationes & materias cognoscere volet, vltra notata per scribentes Iuristas & Canonistas in Rubricis de senten. & reiud. & l. quod iussit. ff. eod. tit. videat Alexan. c. cum cessante. à 6. col. vsque ad fi. extra de appella.

Forma appellationis de qua tractamus hæc erit.

10 Quamuis Illustris D. Senator opposita litis finitæ exceptione, non ante ad vlteriora in negotio principali procedi posset, quàm ea plenè & maturè discussa esset: nihilominus vestra Illustr. dominatio in causa & causis quæ coram ea verti dicuntur indecisæ inter Sempronium Attalum agentem pro prętenso fideicommisso ex vna, & Lutium Quintium reum conuentum ex alia, non animaduerso quòd pro ipsius Lutii Quintii parte exceptio litis finitæ fuerat opposita, quæ processum etiam ex forma statutorum impediebat, ad importunam, vt creditur, partis aduersæ instantiam ad litis contestationem, pronuntiámque de habendo eam pro contestata, exceptionem præfatam tacitè reiiciendo, vt dicitur, deuenit; perperam tamen

tamen,& de facto cum reuerentia: qua de re Procurator eiusdem Lutii Quintii sentiens ex præmissis, se partemque suam enormiter læsos, & grauatos, timensq. in futurum enormius lædi, & grauari posse, à dicta contestatione litis reiactioneque exceptionis litis finitæ, totoque vestro processu, omnibusque inde secutis, ad sanctissimum D. Nostrum Papam, eiusq. sanctam sedem Apostolicam, D. Capitaneum appellationum vrbis, omnemq. alium iudicem competentem, in his scriptis prouocat, & appellat, petens sibi de apostolis instanter, & instantissimè sæpe & sæpius responderi, omni meliori modo.

11 Iudex tunc, si friuole, aut iniuste viderit appellatum, refutatorios dabit, sin minus ex præscripto curiæ stylo si & in quantum appellationem admittet. Quo casu meminisse oportebit quòd si vel causa, vel scriptura esset omissa, hæc delatio conditionalis, ad limitationem supra proxime relatam. versi. & illud de mente Bisgneti non sufficeret, quia non plus iudex tribuisse velle apparet, quàm ius deferat, de quo supra de apostolis vers. & quamuis.

12 Notarius interpositione huius appellationis testes adhibere & in publicatione eorundem nomina (sicut in ceteris instrumentis fieri consueuit) annotare debet, vt dicit Franc. d. c. cordi. column. 4. verrsic. in ea. gl. in fin.

13 Sed quia non solum in prædictis casibus permissis, sed etiam in non permissis, vt à præfixionibus terminorum, ab admissionibus iurium, multisque similibus, appellationes sæpissimè interponuntur, licèt à statuto respuantur, d.c. 62. consueuerunt iudices, qui forsan plenam causæ cognitionem non adhibuerūt,

 cu-

cupiuntque, vt nulli præiudicium inferatur, taliter appellantes reponere, quod est in pristinum statū, in quem appellans ipse erat, ante illatum grauamē animo melius cogitandi reponere, vt dicit Rota decis. 392. si auditor. aliàs, de probatio. 12. in no. & tūc vt dicit dicta decisio, si iudex ad vlteriora procedit, censetur actum confirmare, ad quæ faciunt notata per Alexand. d. cap. cum cessante. col. pen. vers. 8. & est quæstio de appell.

14 Hæ autem appellationes eisdem modis, & temporibus quibus illæ à definitiuis ad Capitaneum repræsentabuntur, lib. 1. c. 168.

15 Cæterum statutum prædictum d. c. 62. quod ius canonicum, in istis appellationibus coarctauerat, & iuris ciuilis rigorem quodammodo relaxauerat, vt appellanti, & appellatio succurreret, voluit quòd appellans coram Capitaneo non audiretur, nisi certę quantitatis pecuniarum pro litis extimatione, in pecunia numerata, vel pignoribus duplum valentibus, apud personam fide, & facultatibus idoneam per appellatum si voluerit eligēdam intra triduum deponat, & de deposito constet in actis quo deposito intra prædicta tempora cessante, censebitur suæ appellationi renunciasse, ideoque caute agendum est, quas pecunias in euentum, quod appellans succumberet vltra expensas in quibus condemnaretur, consignari voluit appellato, vt appellantes non ita temere ad appellandum prosilirent.

De

De reiectione appellationum, tam ab interlocut. quàm à definitione, & pronuntia desertionis.

C A P. V I I.

1 *Capitaneus appellationum quæ attendere debeat, antequam de meritis cognoscat.*
2 *Forma citationis in reiectione appellationis.*
Reiectio appellationis quando fiat ibid.
3 *Appellare non licebat à pronuntia desertionis, seu reiectione appellationis. hodie secus nu. 5.*
4 *Instantia dicitur prima, fatalia secunda.*
6 *Sportulæ in reiectione appellationis & desertionis pronuntiatione debentur ex consuetudine.*

ANtequã iudex appellationum, de meritis causæ (siue à definitiua, siue ab interlocutoria appellatum sit) cognoscere incipiat, trãsportatis, vt infra dicam, vel etiam non transportatis actis, si id partes petant, animaduertere debet, vtrum in casi-
1 bus permissis, & an debito tẽpore fuerit appellatũ, & an intra dies quos supra a statuto pręfinitos diximus, fuerit appellatio interposita & repræsentata, & alia impleta, quæ supra circa depositum implenda esse prædiximus, quæ si impleta non fuerint, vel in casibus non permissis appellatio interposita sit,
2 Tũc appellante legitimè citato ad videndũ reiici appellationem (& quatenus facta fuerit inhibitio) moderari inhibitionem, seu ad videndum pronuntiari appellationẽ desertã, prout in quolibet actu in facti

contingentia statutum dictabit, iudex interloquendo pronuntiare debet appellationem reiiciendam, & inhibitionem (si ea vt prædixi emanauerit) moderandam esse, ex statuto lib. 1. c. 167. vel causam, seu appellationem desertam dicto lib. 1. c. 176.

3 Ab hac pronuntia appellare non licebit ex statuto lib. 5. c. 54. quod statutum licet loqueretur de instantia, seu verius da fatalibus, (nam instantia dicitur prima ad l. properandū C. de iudi. fatalia secunda, quia
4 illi præstituti dies in fatum litem & causam transire faciunt, ex Bald. l. fi. in prin. col. 3. C. de tempo. & repa. appel.) tamen cum ista fatalia regulariter computentur à die appellationis, Cle. sicut de appella. Abb. & cæteri, c. ex ratione, extra eo. tit. de appel. quidquid ex datis pro forma à statuto, vel à lege deseritur, fatalium desertionem inducit: & hæc in his quæ desertionem sapiunt, nullam dubitationem recipiunt.

5 Hodie verò ad multas disputationes tollendas, cautum est licere appellare, ea tamen distinctione adhibita, quòd si sit reiecta aut deserta pronuntiata, appellatio ab interlocutoria, a qua per præsentia statuta appellare permittitur, licebit appellato coram primo Iudice ad vlteriora in negotio principali procedere, appellatione & inhibitione non obstantibus: & nihilominus interim de validitate appellationis à dictis desertione & reiectione, coram Iudice ad quē fuerit appellatum, cognosci poterit. Et si aut non desertam, aut non reiiciendam, per duas conformes fuerit pronuntiatum, omnia post primam appellationem sequuta in pristinum cum expensis reducentur; sed si à diffinitiua fuisset appellatum, tunc appellatione à desertione vel reiectione non obstante, ad vlteriorē

exe-

executionem (si executio retractabilis sit) coram Iudice a quo, procedi poterit: præstita tamen hoc casu prius cautione, per petentem executionem, de restituendo reo, omnia in executionem capta, cum expensis, in euentum quòd sententia desertionis, aut reiectionis, per duas conformes reuocetur: hæc omnia dicto lib. 1. c. 276.

6 Sportulæ quoque his casibus capit. ex consuetudine debentur, vt dixi infra, de senten. prolatio. versi. sportulæ, & propterea formiter, vt dicam infra, de senten. prolatio. versi. sportulæ. deponi debent etiam aduersus citato.

De prosecutione causæ appellationis.

Cap. VIII.

1 *Acta prioris instantiæ coram Capitaneo per Notarium primæ instantiæ monitum, transportari debent.*

2 *Acta transportata coram iudice ad quem, debent per instantem, parte formiter citata repeti. & num. 4.*

3 *Productio realis, actorum prioris instantiæ, coram Capitaneo fieri debet.*

4 *Acta inter easdem personas in eadem causa, semper fidem faciunt.*

5 *Sententia an debeat cum actis transportari.*

Actorum appellatione an veniat sententia. ibid.

6 *Appellationis causa, ex repræsentatione instrumenti & actorum transportartatione & repetitione, iure isto dicitur instructa.*

1 PRæsentato coram Capitaneo, vt prædixi, appellationis instrumento, inhibitioneque, si id expedire

dire videbitur, consecuta, acta omnia prioris instantiæ coram Capitaneo repræsentāda erunt: Sed quoniam appellantes, vt plurimum differunt, procurabit appellatus, vt monitorium à Capitaneo decernatur, directū Notario prioris instātiæ, vt acta omnia satisfacto sibi de competenti mercede, transportet, & aduersæ parti, vt de sua ratā satisfaciat, & sic regesto cōpleto, quē extractū non malè appellāt (nā regestum quasi iterū gessum dicitur, extractus quasi ab originali exemplatus) curabit is cuius intererit causam expediri, vt per Notarium prioris instātiæ ad Notariū Capitanei transportetur, qua trāsportatione facta, ille idem qui expeditionem procurat, acta omnia in parte & partibus repetet, parte ad id legitime citata, vt supra in productione iuriū in ordinariis dixi esse seruandum, in qua citatione non cessabit altera pars etiam pro se, & in parte & partibus repetere, & quatenus contra impugnare.

3 Productio actorum omninò requiritur, alioquin sententia per Capitaneum ferenda viribus non subsisteret, vtpote lata non visis actis, vt notant Doct. c. Ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. c. tū ex literis. de resti. in integr. Alex. ad Bart. l. prolatam. C. de senten. & inter. omni. iudi. & nouissimè Rota per Cassado de appella. 2. n. 10 latè per Deci. qui dat concord. l. is apud quem n. 3 4. C. de eden.

3 Et quòd productio realis requiratur, tenet Bar. l. naturaliter. §. nihil commun. in 7 combi. vers. sit tamen cautus. ff. de acquir. possessi sequitur Alexan. cons. 82. col. fi. vers. nec obstat. vol. 1. Mathesila no. 161. nota. singularē doct. vbi addi. plena per Fel. d. c. Ecclesia sanctæ Mariæ. num. 16. ad fi. de consti. &

Dec.

Dec.d.l. is apud quem. nu. 32. ad quæ magis declarandum, eddita sunt in nouis. d. lib. 1. c. 167. & c. 184. verba illa, actis transportatis, & illa per actorum in prima instantia factorum transportationem, & repetitionem.

4 Et licèt in eadem causa semper fidē faciant acta, vt dicit Rota decis.410. si post definitiuam. aliàs, de re iudi. 20. in no. & not. Spec. de confessionibus. §. nunc videndum. n. 3. tamen in reproductione in causa appellationis facienda, erit necessaria partis citatio, d.l. de vno quoque. ff. de re iud. Bal. l. si quando, q. vlt. C. de test. Ang. l. properādum. §. sin autē reus. n. 2. C. de iudi. Rota decis. 10. fuit dubitatum. aliàs, de fide instru. prima. in no. Hyppo. sing. 30. tu scis, nam quod dicit Alex. d. l. is apud quem. nu. 7. quòd non requiratur noua productio in successore, procedit eadem instantia durante: secus autem si alia sit instantia, vt ipse Alexand. aduertit in sequenti n. ad fin. & declarat Dec. d.l. is apud quem. n. 33.

5 Sententia quoque cū hisce actis transportari debebit, tum quia actorum appellatione, & sententia continetur, vt dicit Abb. c. cum I. & A. n. 5. extra, de re iud. Bar. l. in fraudē. §. neque. ad fi. ff. de iure fi. de quo per Lanfrancum de Oria. in c. quoniam cōtra nu. 9. extra de probatio. tum quia reus qui suam appellationem iustificat, sententiā transportare tenetur, vt dicit Bald. in addi. ad Specul. in tit. de appell. in 2. addi. col. 14. vers. ille qui appellat. de quo latissime per Barba. Cle. vt calumniis. n. 16. de re iud. His quidem reproductis causa dicetur instructa, nam ex statuti nostri dispositione, quod est lib. 1. c. 184. instrumentū appellationis est pro libello & intentione

tentione appellantis, nec alia litis contestatio, nec iuramentum calumniæ aut veritatis requiritur.

De suspicione Capitanei deque consultore eligendo. Cap. IX.

1 *Suspectus Capitaneus quomodo allegetur.*
Capitaneus in principio litis, aut aliàs tempore debito à quolibet suspectus allegari potest. ibid.
2 *Consultor eligetur, allegato suspecto Capitaneo, & qua forma,*
3 *Forma citationum in electione consultoris.*
4 *Forma extractionis consultoris.*
5 *Consultore electo recusante, alius eligitur, vt hic.*
6 *Suspectorum allegatio in genere, vt omnes auditores, &c. non admittitur.*
7 *Cautela est vt tantum suspecti, non autem confidentes nominentur.*
8 *Tempora electionis, expectationis & acceptationis consultoris in fatalibus non computantur.*
9 *Tempus debitum ad allegandum Capitaneum suspectum quod sit.*
10 *Sententia lata per iudicem legitimè recusatum est nulla.*

QVoniam autem frequenter euenit, quod appellantes aut appellati suspectum habent Capitaneum, ad quem ex forma statutorum supra appellandum esse diximus, ne litigatores cogerentur suspectum iudicem habere, vtque ambages. l. apertissimi,
1 cum aliis iuris canonicis disputationibus cessarent, voluit statutum lib. 1. c. 186. quòd si quis nollet iudicium

cium Capitanei subire, posset in principio litis, aut ex rationabili causa in illius prosecutione, ipsum Capitaneum suspectum allegare, & consultorem petere, qua allegatione, & petitione secuta, is cuius interest, causam expediri, electionem Consultoris procurabit.

2 Sed quia statutum prędictum lib. 1. c. 187. disponunt, quòd quatenus partes intra triduum de consultore non concordauerint, Capitaneus modo, vt infra dicetur, consultorem eligat, igitur inoleuerat

3 praxis, vt citaretur aduersarius, ad dandum darique videndum listam suspectorum & confidatorum pri. pro pr. ad p. d. & deinde, secundo pro secūda, & subsequenter, tertio pro tertia, quod hodie statutum prędictum dare disponit, in quibus diebus seu saltem tertia die, dari debent medio partium iuramento nomina suspectorum in vno folio, & confidatorum in alio, si id partibus placuerit. Quibus impletis altera

4 die citabitur aduersarius ad videndum extrahi consultorem, in quo termino Capitaneus appellationum, in primis animaduertet nomina confidatorum, si dabuntur, & si in illis aliquis erit quem fidum sibi ambę partes nominauerint, illum consultorem esse declarabit; sin autem eliget decem iuris peritos, à partibus non nominatos, eorumque nomina separatim descripta & inuoluta, in vrnam coniiciet: sorteque vnum extrahet, hicque consultor erit. Reliquorum autem nomina per Notarium, aliquo sacculo inclusa, & partium sigillis (si id eis visum fuerit, sin autem aliorū) signata, conseruabuntur donec electus acceptauerit. Qua acceptatione secuta, aliorum nomina per Notarium describentur in actis: sin autem electus recu-

saucrit

sauerit onus, significata parti recusatione, eandemque citata, alius extrahetur, & alius, donec vnus acceptauerit, quæ forma ex suprascripto statuto cap. 187. clare colligitur.

6 Illud autem sciendum est, quòd allegatio suspectorum in genere, vt omnes auditores, omnes canonici, omnes Romani, & similia, non admittitur, ex statuto prædicto c. 187. quòd à iure communi non abhorret. Ias. d. l. apertissimi, n. 10. C. de iud.

7 Ex his quæ narrauimus apparet, patronum animaduertere debere, & mature consulere clientem, quos habeat suspectos, vt eorum nomina in scriptis edat, quodque cauere debet nomina confidatorum dare, nam si aduersarius cum eo non concurret, in aliquo ex illis, non poterunt eorum nomina in vrnam poni, qui à partibus nominati reperiuntur, ex prædicto statuto, sicque illis omninò carebit.

8 Hæc autem intermedia tempora electionis, expectationis, & acceptationis, Consultoris in fatalibus non computantur. lib. 1. c. 167. lib. 4. c. 12. & expressius lib. 1. c. 89. ver. tempus autem. quod & iure communi cautum est, Ruyn. cons. 172. nu. 8. vol 4. Hyppo. singu. 51. instantia. licèt aliqui & malè contrarium senserint, quod hodie per dictum statutum declaratum est.

9 Tempus debitum præponendæ suspicionis à statuto requisitum (nam in initio litis vnicuique licere clarum est) erit vsque ad sententiam exclusiuè, si talis causa allegetur, quæ superuenerit post consensum in iudicem, & sit legitima, ad Fely. c. insinuâte. n. 8. de off. deleg. & Ias. l. apertissimi n. 12. C. de iud. & clarè aperit statutum prædictum, ideoque qui caute pro-

procedunt, cum talis ab aduersario allegatur suspicio, si causa legitima vel probabilis allegatur, de facili eam admittunt, ne fugienti aduersario, ansam præbeant vlterius protelandi, vt sæpius factum vidi. Datę autem regulam quando liceat, vel quando non liceat, nimis seriosum, & quodammodo extra propositum mihi esse videtur, cum multiformiter possit euenire.

10 Si quis autem, spreta aduersarii protestatione, per quam petierit consultorem debito tempore eligi, affectatam sentẽtiam a Capitaneo reportauerit, nihil aget, quoniam sententia nulla est, ex pręallegato statuto 186. quod & iure commu. est expeditum. Gemi nia cap. iudex ab apostolica. n. 12. de off. deleg. in 6. & ibidem Philip. Franc. n. 7. Abb. post alios, quos allegat, c. cum speciali. n. 12. in fi. de appell. Alex. post Bart. l. quia poterat. col. 4. sub num. 8. ff. ad Trebel. & consi. 89 vol. 1. Claudius Aquen. d. l. quia poterat. n. 13. qui dicit commu. & quo ad ius ciuile quod attendimus sine dubio procedit, & proprie in ordinario de quo loquimur tenuit Alex. consi. 183. num. 4. vers. nec etiam prædictis obstat iũcto ver. nec obstat huic secundæ opinioni. nu. 5. uol. 2. prępositus. d. c. cum speciali. in fi. in ult. quæst. n. 41. & pręsertim in uers. solutio hic non allegatur, & c. de appell.

Dę officio consultoris. Cap. X.

1 *Officium consultoris quod sit. & nu. 5.*

2 *Consultor post acceptationem, consilium, intra decendium darę debet, alias mulctatur, & illius officium expirat. & n. 9.*

3 Tem-

3 *Tempus datum consultori, poterit per signaturam proro-gari.*

4 *Prorogatio termini non potest esse longior termino.*

5 *Consultore electo, Capitaneus super intermedijs prouidet, quia consultor iurisdictionem non habet.*

6 *Consultor, votum sua manu scriptum, subscriptum & sigillatum, Notario tradere debet.*

7 *Forma Consilij.*

8 *Consilio semel Notario tradito, consultor illud amplius repetere non potest.*

10 *Sportulæ consultoris sunt tantundem quantum Capitaneo pro illis debetur.*

1 Consultor intra decem dies post oneris acceptationem, consilium in scriptis dare tenetur: alioqui eius iurisdictio expirat, & alius iuxta traditum
2 supra modum eligi debet, ex statuto prędicto lib. 1. c. 188. & litem suam consultor faciet, vt infra. igitur consueuerũt electi, acceptationem differre, vsquequo fuerint à partibus plenissimè informati, biduoque aut triduo antequam consilium prębeant, acceptare.
3 Quòd si forte post acceptationem dubia aliqua emerserint, vel impedimenta, adeo quòd non speretur, intra illud decendium consilium dari posse: tunc is qui eum consultorem sibi seruatum vult, ad signaturam recurrit, ab eaque Capitaneo committi petit, vt terminum Consultori datum proroget, quã deinde progationem parte citata fieri procurabit, nec ad longiorem terminum decendii, quia prorogatio
4 maior termino ęsse non debet Bald. cap. fin. de consuetudine, quem sequitur Fely. in cap. de causis col. 2. versiculo, & limita. de offi. delega. Hyppo. sing. 52. pro-

prorogatio. Blancus de compromiſ. par. 7. num. 54. Soci. Iun. conſi. 63. n. 6. vol. 2.

5 Quamuis autem ſententia, huius electi iudicio, dari debeat; tamen Capitaneus in intermediis iudex remanet, omniaque acta, vt ſunt iurium productiones, impugnationes, teſtiũ receptiones, publicationes, prorogationes, & ſimilia, coram Capitaneo facienda erunt. Quibus viſis tandem Conſultor ipſe, principalis negotii deciſionem dabit, ex ſtatuto lib. 1. cap. 89.

Conſultor igitur, cum ſciet ſe electum; acta ſibi tranſportari expectet, quibus tranſportatis, beneque penſatis, partes non ſemel, ſed pluries & ad plenum audiet, cumque pedes fixerit, intentione ſua non aliter propalata, Notarium accerſiri iubeat, corã quo & teſtibus onus acceptabit, ſubſequenter intra terminum decem dierum, non tamen ante biduum vel triduum, vt dixi, ne minus maturè de negotio cognouiſſe dicatur, & litigatoribus ſcrupulum iniiciat ad Fely. c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. n. 16. de conſtitut.

6 per Deci. l. is apud quem. n. 36. C. de eden. iterum accerſito Notario actuario, votum ſuum ſcriptum & ſubſcriptum ſua manu, ac clauſum, & ſigillo ſuo munitum. lib. 1. cap. 167. præſentibus teſtibus, & hoc annotante ipſo Notario, tradet, nec in hoc partis citatio requiritur, cum actus iudiciarius non ſit.

7 Forma Conſilii hæc erit.

Mag. D. Capitaneo in cauſa vertente inter Anienũ Milonẽ appellatum ex vna, & Titum Vulturiũ appellantẽ ex alia, de & ſuper prætenſa legitima paterna, rebuſque aliis, &c. mihi cõſulendam remiſſa, viſis actis, iuribus, teſtibus, & atteſtationibus tranſ-

Q miſſis,

missis partibusque cum eorum procuratoribus, & aduocatis informantibus in iure & in facto sępe sępius auditis, sum in voto partes dominationis vestræ esse in pronuntiando malè appellatum per Titum Vulturium, & bene iudicatum in Anieni Milonis fauorem, & ita pronuntiet omni meliori modo, ex ædibus nostris die, &c. I. consultor.

Et quoniam eadem est facultas consultoris in corrigendo, supplendo, emendando, & confirmando sententiam, sicut & Capitanei: ideo quoque ea, quæ de Capitaneo inferius dicam, titulo de sententiæ prolatione, hic repetita esse volo.

8 Animaduertat igitur consultor, antequam consilium actuario tradat, vt rebus ritè recteque pensatis id faciat, nam post consilium traditum, non habebit facultatem illud vlterius repetendi, quia functus officio dicitur Alexa. c. cum cessante. col. 17. vers. 19. fallit de appell. Qua in re multos grauiter errasse cognoui. ideoque in nouis statutis id explicite declarauimus. d. cap. 188.

9 Sciat etiam consultor, quòd si post acceptationē, consilium intra decendium non tradet, parti ad interesse tenebitur, & pœnam soluet, lib. 1. c. 89. & c. 167. vbi est pæna centum ducatorum, partim parti, partim fisco applicanda, & lib. 4. c. 12. vbi est pæna ducatorum vigintiquinque, nec ulterius in causa illa eligi poterit, d. lib. 1. c. 89.

10 Sportulæ autem consultoris ex consuetudine sunt eædem quę Capitanei, idest tantundem quantum pro Capitaneo taxatū esse dicemus. nam quod salarium ipsi Consultori debeatur, est expresse declaratum in nouis d. c. 188.

De

De iustificatione, & impugnatione sententiæ. Cap. XI.

1 *Causa appellationis iustificari potest ex nouis testibus, & instrumentis, dummodo pars iuret de nouo reperisse.*

2 *Testes in prima instantia inducti, & iniuria iudicis non recepti, poterunt in secunda instantia examinari, quamuis non sint de nouo reperti.*

3 *Testes examinati in secunda instantia, etiam iurante producente de nouo reperisse, si apparent in prima instantia inducti, non probant.*

4 *Testes de nouo reperti in secunda instantia, an debeant recipi, non obstante publicatione in prima instantia facta.*

5 *Testes examinati in secunda instantia, producente non iurante, quia aduersarius iuramentum non requisiuit, probant.*

6 *Iurans de nouo testes aut iura reperisse, si aliàs de periurio conuictus sit, non admittitur.*

7 *Producens testes nouiter repertos, vltra duas vices non admittitur.*

8 *Appellare ab interlocutoriis latis per Capitaneum quomodo, & quando possit.*

1 SEd quia ex statuto antiquo causa appellationis per nouos testes iustificari, aut impugnari nō poterat, licet ex nouis instrumentis & priuatis scripturis iustificari, aut impugnari potuisset, ex lib. 5. antiquorum additū fuerat causam appellationis iustifi-

Q 2 cari

cari & impugnari posse, ex testibus de nouo repertis, qui tam super articulis in prima instantia datis, quam super articulis in causa appellationis dandis, induci possunt, dummodo pars iuret, de nouo reperisse, & idem disponebatur in instrumentis, & aliis scripturis, ideo in nouis prouisum est, vt testes tam super articulis aliàs datis quàm de nouo dandis, & iura quæcunq. in secunda instantia produci possint, dummòdo pars iuret de nouo reperisse d.lib. primo capit. 185.

Plures autem adhuc ex his statutis quæstiones, de quibus probabiliter dubitari posset, ànnotare libuit, & primo quid si testes fuerunt in prima instãtia inducti & nominati, iudex tamen eos admittere noluit, vtrum in hoc iudicio, ita prohibente statuto (nã clarum est non nuper, sed in prima instantia repertos fuisse) admitti debeant? & arbitror admitti debere, per dictum Alexãdrini.c.vt debitus. col.28. vers. tertio fallit.de appell. statutum enim negligentem, aut differentem producere, ex præsumpta calumnia olim excludebat, vt ideo per verba negatiua conceptum erat, & propterea si purgata calumnia per iuramentum, quòd sint de nouo reperti, producentem admittit, iure etiam admittere debet eum qui iudicis iniuria à productione in priori instantia exclusus fuit, cui nec negligentia, nec dolus aut calumnia obiici potest.

3 Secundo dubitari potest, & dubitatum vidi, quid si in prima instantia fuerint testes nominati, non tamen examinati: in secunda verò instantia iidem testes medio iuramento producentis, quod essent de nouo reperti, iterum inducti & examinati fuerint, post-

postmodum vero detectum fuerit non fuisse nuper, sed iam in prima instantia repertos, vtrum illis esset fides adhibenda? & iudicatum scio, fidem adhiberi non debere, ex dicto Paul. de Cast. l. si cum patruo. C. commu. vtriusque iudi. quem laudat, & sequitur Fely. c. pastoralis. n. 27. vers. limita tertio. de exceptio. & c. ex parte. n. 6. de rescrip. Hippo. sing. 297 testes de nouo.

4 Tertio dubitari probabiliter posset, quid si in prima instantia fuerint attestationes publicatæ, vtrum in secunda instantia poterunt alii testes de nouo reperti induci & examinari? & videtur dicendũ quòd non, quia cum post publicationem traditum sit pro regula à iure, quòd testes recipi non possint. authen. at qui semel. vbi Bart. C. de prob. c. fraternitatis. extra de test. Cle. 2. eod. tit. & quando statutum permittit recipi de nouo repertos in secunda instantia, intelligi debet nisi alia lex obstet. ad nota. per Bart. l. prætor. 2. §. eritq; differentia. vers. 2. casu. ff. vi bon. rap. Roma. cons. 379. in fin. Alex. cons. 50. in fi. vol. 2. Sozi. cons. 95. n. 3. vol. 1. in contrarium tamen facit, quia etiam post publicatum sicut & post conclusum, testes de nouo reperti admitti debent, vt dici Hyppo. post Bar. Bal. Ang. & alios per eum relatos. l. 1. §. fi. n. 17. ff. de quæstio. quod etiam supra firmaui, dum de publicatione in prima instantia dixi.

5 Rursus dubitari posset: quid si testes per producentem simpliciter, idest, non expresso, quòd essent de nouo reperti producti fuissent, aduersario, citato, qui nihil opposuisset, vtrum eorum testimoniũ probaret? & probare dicit Fel. d. c. fraternitatis. n. 5. vers. sed in quantum. extra de testi, Ias. qui late examinat

in repeti. d. l. admonendi. n. 11. in fi. ff. de iure iuran. cautus erit igitur in hoc is contra quem teſtes in ſecunda inſtantia producuntur, vt exceptionem preſertim hanc opponere non omittat.

6 Sed ſi is qui nouos teſtes, aut noua iura reperiſſe aſserit & iurat, aliàs de periurio conuictus fuiſset, 7 non admitteretur, ſicut nec vltrà duas vices ad huiuſmodi productionem admitti deberet, vt dicit Iacobin. de ſanto Georg. d. l. admonendi. num. 9. & Iaſ. ibidem in repeti. in 60. quę tu patrone diligenter obſerua, nam tunc iſte qui excluſus eſt ex periurio, alia via de nouo reperiſse probare debet, vt ſtatuto admittenti repertos de nouo locus ſit, vt colligi licèt tum ex ratione ſtatuti, tum ex dictis Iaſ & Iacobi. vbi ſupra.

8 Quoniam autem frequenter euenit, quòd Capitaneus in proceſsu interlocutorias ſecundum rei exigentiam profert, ideo is qui ex interlocutoriis ſe grauari ſenſerit, appellare poterit ad Senatorem ex ſtatuto lib. 1. c. 181. quo caſu ſeruanda erunt ea omnia, quæ ſeruanda eſse dixi, ſupra de appellatione ab interlocutoria, tàm de inſtantia, quàm de temporibus, & depoſito, ac de caſibus, in quibus licèt, vel non licèt appellare.

De fatalibus ſiue temporibus appellationis proſequendæ. Cap. XII.

1 *Fatalia ex ſtatuto ſunt menſium ſex.*

2 *Fatalia computantur à die appellationis interpoſitæ.*

Fata-

3 *Fatalibus lapsis sententia remanet à iure confirmata.*
4 *Fatalium prerogatio à signatura petitur.*
5 *Fatalia secunda debent esse breuiora primis.*
6 *Fatalia, quando possint vltima die, sine partis citatione prorogari.*
7 *Rescriptum Papæ, ante citationem partis, fidem non facit.*
8 *Menses sex qui dantur à statuto pro fatalibus, computantur dierum triginta singuli, & non vt menses occurrunt.*
9 *Forma citationis, ad videndum pronunciari causam desertam.*
10 *Iudex coram quo appellatio deseritur, potest vel causam desertam pronuntiare, vel executionem concedere.*
11 *Iudex qui pronuntiauit appellationem desertam, potest appellantem & docentem non esse desertam, reponere in pristinum.*
12 *Fatalia non currunt, durante compromisso, vel impedimentis, de quibus hic.*
13 *Attentatorum iudicio pendente non currunt fatalia.*
14 *Quod verum si pronuntietur extare attentata, alias secus.*

1 FAtalia siue tempora prosequendarum appellationum, licet iure cõmuni varia sint, de quibus per Iuristas in toto titulo C. de temp.& repara. appell. & latiss. per Canon. quorũ hodie seruatur decisio in c.ex ratione.extra de appell. statuto tamen nostro nouissime, cũ multipliciter dies quidã & diuersi diuersarum causarum respectu, pręstituti fuissent

ad spatium sex mensium, vniformiter præfinita fuerunt, lib. 1. c. 81. qui sex menses computari deberet,
2 vt supra dixi à die appellationis. Clemen. sicut. de appel. Abb. d. c. ex ratione. in prin. notabili, extra eo. tit. de appella. tamen quia quidam aliter senserant, hodie, & prædicto statuto. c. 81. clare est decisum,
3 quo semestri elapso causa remanet deserta, & prima sentẽtia remanet à iure confirmata, & facit transitum in rẽ iudicatã authen. ei qui & ibi doct. C. de temp. & repa. appell. c. personas, & c. cum sit. & c. reprehensibilis. cum concor. & ibi. nota. per docto. extra de appell. Rota de appell. 14. aliàs, 98. in nou. & clarè disponit statutum prædictum.
4 Cautus igitur appellantis patronus, cum viderit propè esse vt tempora labãtur, ad signaturam recurret, porrectaq. supplicatione impetrare conabitur, temporum siue fatalium prorogationem, quę sine scrupulo iudicis arbitrio cõcedi solet, quia impetrata parte legitime citata. Capitaneus ad quatuor menses prorogare consueuit, & meritò, quia debent esse secũda fatalia breuiora primis, vt dicit Staphil. de literis Gra. & iust. in 7. par. vers. fatalia prorog.
6 Euenit quandoque vt patronorum vel etiã clientum negligentia tempora adeo angustentur, vt pars nec legitimè nec etiam ad statim in prorogatione facienda citari possit, quo casu aliquibus visum fuit, quòd si vltima dies termini sit, quod iudex sine citatione prorogare possit. arg. not. per Bar. l. si de meis. §. fi. ff. de arb. & l. item illa in princ. n. 5. ff. de consti. pecu. & per Sozi. l. si quis arbitratu. col. 10. num. 30. ver. 2. limi. ff. de verb. oblig. facit quod voluit Capic. decis. 165. in causa Domini Comitis, vbi ipse videtur

tur velle, quòd in restitutione instantiæ, quam insufflationem spiritus vitæ appellat, partis citatio non requiratur per tex. l. 2. §. 1. vers. quod si ita. C. de tem po. & repa. appell.

Sed vereor contrariam sententiam in casu nostro veriorẽ esse, in quo prorogatio in vim rescripti prin
7 cipis fieri debet. quoniam rescriptum nõ antẽ citationem partis fidem facit, vt in terminis dicit Cassad. post Bart. Aegid. & Rom. de appell. decis. 7. ad fi. vt cum rescriptum non probet, iudex in vim illius prorogare non possit, nec aliqua lege quod viderim cauetur, quòd hæc prorogatio fieri debeat, prout erat in casu d. l. 2. vers. quod si ita. vbi Imperator pollicetur se reparationem concessurum.

Crederem tamen quòd si semel parte citata fuisset præsentatum rescriptum, quòd daretur facultas prorogandi pluries, vt multoties euenit, quòd eo casu vltima die prorogatio fieri posset, sine citatione, quia cessat ratio Cassadori, & subintrat ratio d. l. 2. vers. quod si ita. præsertim ibi, cum non dubius, sed notus omnibus: dies fatalis appareat.

8 Sed dubitatum vidi circa horum sex mensium computationẽ, quomodo ea fieri debeat, an vt menses se offerunt, quorũ aliqui sunt triginta vnius, vel etiã viginti octo dierũ, an omniũ spatium triginta dierum numero exæquaretur, & declaratũ vidi singulos menses de quibus in statuto nostro, triginta dierum intelligendos & cõputandos esse. Dec. l. vbi lex. in 2. limita. ff. de reg. iur. Bal. l. cos. §. sin autẽ circa fi. C. de tempo. & repa. appell. glo. l. fin. §. sin aũt dubius. in verb. sexag. C. de iure delib. Ant. & But. c. licèt. in fi. de suppl. negl. præla. & ibi Abb, Alex. cõs. 114 col.

114.col.fi.ad fi.vol.5.& consi.41. col.1.vers.& sic videtur.volu.3.& l.cum bissexto in apostill. ff.de ver. signi. Phi.Franc.c.quam sit col.2. de electi.in 6. qui communẽ vsum loquendi attestatur.Saly.in l.fin.in princ.vers.in textualibus.ibi Ang.C.de temp.appella.Soz.reg.318.mensis. Alcia.d.l.cum bissexto. faciunt.l.miles.§.sexaginta ff.de adul.l.ędiles aiunt.in prin.ff.de ædili.edic.& authen. iubemus. C. de iud. Tiraq. ad l.si vnquam. in verb. susceperit liberos. n.169.C.de reuocan.dona. quod tandem aperuit statutum lib.1.c.197.versic.menses.

9 Si igitur appellati patronus cognouerit, ex dierũ supputatione & lapsu appellationem esse desertam,citato legitimè appellante (nã hoc casu citatio omninò requiritur, Alex.c.ex ratione col.19. vers. circa secundam quæstionem.de appel.) ad videndũ pronuntiari causam desertam,& fatalia perempta, iudex si sibi ita esse constiterit,iuxta petita pronuntiabit, à qua etiam pronuntia appellare an & quomodo liceat dixi supra de refectione appellationũ.

10 Quamuis autem inter Iuristas & Canonistas controuertatur,vtrum iudex ad quem,possit post desertionem, primam sententiam cõfirmare vel exequi, aut executio ad primum iudicem omninò reuerti debeat,de quibus latissimè per Fęly.qui alios cumulat.c.ex parte.col.5. n.9.de rescrip. & per ipsum & Fran.c.ex ratione. col.28. vers. sexto quæro. de appell. tamen statutum, de quo loquimur lib.1.c.176. executionem ad primum Iudicem præstita cautione remittit,vt proxime dixi.

11 Sed & illud animaduersione dignum puto, quòd appellans doceret de sua diligentia, & appellationẽ

re

re vera non esse desertam ostēderet, quòd iudex qui eam desertam pronuntiauerat, posset & deberet appellantem ab huiusmodi pronuntiatione in pristinum statum reponere, vt dicit Rot. de appellatio. 9. aliàs, 74 & eo tit. 12. aliàs, 86 in no. sequitur Phil. Franc. d. c. ex ratione. col. 23. vers. secundo quæritur, an sententia lata super desertione, per quas decisiones cum semel in facto contigisset id fieri obtinui.

12 Meminisse oportebit in dierum supputatione, si forte inter partes compromissum in hac secūda instantiā factum fuisset, vel conuentum quod per certa tempora lis suspenderetur, aut induciæ essent, tēpora per quæ compromissum, aut suspēsio durauit, computanda nō esse. Clem. quandiu. de appell. Abb. c. ex ratione. col. 2. vers. sed circa. & ibi Fely. col. 1. vers. secundo, dum firmat. & Phil. Franc. qui latè prosequitur, col. 7. uers. sexto quæritur, an idem, extra de appella. penes quem Phili ibi, cognoscere poteris, de aliis impedimentis quæ occurrere pendentibus fatalibus possunt, & quæ ipso iure cursum fatalium impediant, & quæ restitutioni in integrum locum esse faciant. nam de temporibus petitionis & electionis consultoris dixi supra de suspicione Capitanei, vers. hæc autem.

13 Sed & admonere libet, quod & multoties eueni re vidi. quòd multi appellantes qui appellatū diutius frustrare volunt, pendente appellatione causā attentatorum introducunt, putantes donec materia attentatorū discutiatur, in principali negotio super sedendū esse, & fatalium cursum impediri, ad Fely. post Butr. Abb. & Ro. vbi per eū. c. ex ratione col. 2.

14 n. 4. de appella. cap. non solum. eo. tit in 6. quorū mi-

quidem,

quidem sententia ita demum procedit, si is qui de attentatis opposuit, in ipsa causa attentatorum obtinuerit, Rot. decis. 102. aliàs, de appell. 15. in no. Milis in suo reper. in verb. attētata. Alex. c. ex ratione. col. 6. vers. quarta principalis. & ibi Franc. col. 9. vers. circa tertium. & ibidem Fely. nu. 15. de appellat. & propterea caueant ne sibi interim fatalia labantur, ipsique suo gladio pereant.

De sententiæ prolatione. Cap. XIII.

1 *Capitaneus appellationum, potest sententiam primi iudicis confirmare & infirmare, & alia quæ hic dicuntur.*
2 *Appellatio, omnem causam, tam negotij quàm nullitatis, ad Capitaneum deuoluit.*
3 *Sportulæ Capitaneo pro definitiuis tantum ex statuto debentur, licèt de consuetudine dentur etiam pro habentibus vim definitiuæ.*
4 *Reiectio appellationis, & desertionis pronuntiatio, definitiuæ non sunt.*
5 *Sportulæ pro Capitaneo debent deponi parte citata, & præuia protestatione de quæ hic remissiuè. & n. 7.*
6 *Sportulæ non debentur in causis mercedum & miserabilium personarum.*
7 *Forma citationis ad sententiam coram Capitaneo appellationum.*
8 *Forma sententiæ definitiuæ, per Capitaneum appellationum ferendæ.*
9 *Appellare non licet à sententia Capitanei, in eo quod primæ est conformis.*

10 *Capi-*

10 *Capitaneo declarante nullam primam sententiam, etiã si iterato condemnet in eisdem, appellatur ad Senatorem, coram quo erit in secunda instantia, & non in tertiam.*

1 CAusa igitur instructa partibus plenè auditis iudex quid agendum sit mature circũspicere debet, nam si viderit sententiam bene latam, illam cõfirmabit, si male latam, infirmabit, concipiendo verba bene vel male fuisse iudicatum, vel appellatum, & ideo sententiam confirmandam vel infirmandã, ad Bart.l. si expressim. col. prima, de appell. & si prima sententia, quæ reum appellantem condemnauit sit iniusta, pronuntiabit male iudicatum & bene appellatum & appellantem absoluet: si vero appellatũ absolutum iniuste cognouerit, male iudicatũ & bene appellatum pronuntiabit, & appellatum condẽnabit, in id in quo de iure veniet condemnandus. Poterit etiam partim confirmare, & partim infirmare sicut per diuersa sentẽtiæ capitula viderit expedire. Necnon, & primam sententiam modificare poterit addendo, corrigendo, minuendo, & modificando, Quod si primam sententiam nullitatis vitio subiacere cognouerit, pronuntiare poterit super vacuo appellatum, quia sententia nulla, & insuper eodem cõtextu vel condemnare vel absoluere in negotio prin
2 cipali, prout sibi suadebit iustitia, quoniã per appellationem omnem causam ad Capitaneum deuolutã esse intelligitur. Hæc nuncupatim traduntur per statut. lib. 1. c. 167. quæ sẽper inuiolata seruata fuerũt, & ita fere se habent de iure communi, ad Bartol. & Doctor. l. si expressim. ff. de appella. & l. prima. C quando

quando prouoca. non est necesse.

3 Sportulæ in omnem casum, siue causæ sint commissariæ ab initio, siue non, Capitaneo debentur; cuius quantitas moderatur à statuto lib. 1. c 46 & licèt statutum illud prouideat, quòd sportulæ tãtum pro definitiuis debeantur, tamen ex consuetudine, etiam in interlocutoriis vim definitiuæ habentibus

4 dari consueuerunt, ut in reiectionibus appellationũ, & pronuntiis desertionum quæ definitiuæ nõ sunt, vt dicit Rota de appell. 12. alias, 86. in no. & Francus, c. ex ratione, col. 23. vers. secundo quæritur, an sententia lata super desertione, extra de appell. & hæc consuetudo erit attendenda per ea, quæ supra dixi, in prima parte in titulo de sententiæ prolatione in ordinariis, vers. sportulas. Vltra quã præfinitã quãtitatem, si iudex acceperit punitur, si pars dederit punitur, & sententia nulla remanet, ex suprascripto statuto. Igitur in deposito faciendo adhiben-

5 da erit protestatio, de qua dixi dicto titulo de sententiæ prolatione in ordinariis, vers eo igitur casu.

6 Causæ mercedum & miserabilium personarum ab hac sportularum solutione excipiuntur, ex dicto statuto. Igitur iudices ab illarum exactione caueant. quæ autem dicantur miserabiles personæ, dixi remissiue supra titulo de causis summariis, vers. vtrum autem appellatione miserabilium personarum.

7 Sportulis igitur præparatis citabitur reus, illiusq; procurator sub hac forma; Coram D. Capitaneo appellationum Ro. Casalis citetur Titus Vulturus, ex aduerso principalis, & Aufidius Bollio eius procurator, ad deponendum deponique videndum sportulas, animo tamen repetendi, deferri iuramentum in

sup-

supplementum quatenus opus sit, concludendum & audiendum sententiam ad 1. d. instante Nigidio Figulo prin. Quòd si causa de voto Consultoris cognoscetur, tunc hæc erit forma: Ad deponendum deponique videndum sportulas tam pro D. Capitaneo quam pro D. Consultore, animo tamen repetendi, videndum iurare testes super recognitione manus, & sigilli D. Consultoris aperiri consiliũ, concludendum & audiendum sententiam ad 1. d. Quo termino seruato, vt dixi supra, de sententiæ prolatione in ordinariis, iudex, vel iuxta suum iudicium vel Consultoris consilium (vt res erit) pronuntiabit. Forma sententiæ definitiuæ hæc erit.

8 Nos Caius Menius I.V.D. ad præsens Ro. Po. & Capitolinæ Curiæ appellationum & nullitatũ Capitaneus, cognoscentes de lite & controuersia, quę primo coram d. primo Collaterali, & nunc coram nobis in secunda instantia pendet indecisa, inter Aulũ Posthumium appellãtem, & Mutium Scæuolam, eius procuratorẽ ex vna, & Publium Corneliũ appellatum, & Quintum Tuberonem, eius procuratorem ex alia, de & super vendicatione agri Bouillæ nuncupati, rebusque aliis in actis causæ, & causarũ huiusmodi corã nobis introductis virtute instrumenti appellationis, cuius tenor talis est: In Dei nomine, &c. Vnde viso per nos dicto appellationis instrumento, ac actis & iuribus tum prioris instantiæ coram nobis transportatis: cum etiam coram nobis factis & celebratis, partibusque cum eorum procuratoribus & aduocatis informantibus, & allegantibus tam in iure, quam in facto, sæpe sæpius auditis, omnibusq. mature visis & consideratis, quę vidẽda

&

& conſideranda fuerunt, viſaq. poſtremò citatione (& illius diffuſione ſi diffuſa fuerit) ad hanc noſtrã ſententiam audiendam pro hac die & hora coram nobis legitime facta, talem in huiuſmodi cauſa inter partes prædictas, (de voto Africani Conſultoris, ſi votum dederit) ſententiam damus, proferimus, & promulgamus in his ſcriptis & in hunc, qui ſequitur, modum & formam videlicet,

Chriſti Benedicti, eiuſq. Glorioſę Matris ſemper virginis Mariæ nominibus inuocatis, pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes per hanc noſtram definitiuam ſententiam, quã (de voto Conſultoris, ſi aderit) ferimus in his ſcriptis pronuntiamus, ſentẽtiamus decernimus, & declaramus. 8
& hinc iudex ſua manu verba ſententiæ ſubnectet.

9 Ab hac ſententia ſi fuerit primæ ſententiæ conformis, non licebit appellare, ex ſtatuto lib. 1. c. 180. licèt iure communi ſecus. l. vnica, C. ne liceat in vna eademq. cauſa tertio prouoc. de quo latè per Francum, cap. ſi recte. alias, directe. de appella. col. 3. verſ. 2. concluſio. quod intelligitur à qualibet parte vt ibi ipſe declarat. nam ſi is, qui in prima inſtantia obtinuit, in ſecunda ſuccumberet, non eſſet propterea is, qui in prima inſtantia obtinuit, in ſecunda prohibitus appellare.

10 Et quoniam, vt prædixi, Capitaneus nulla declarata priori ſententia, poterit iterato ſuper negotio principali pronuntiare, animaduertendũ erit, quòd ſi ab ea ſententia Capitanei, quæ ſcilicet primã ſententiam nullam declarauerit, & ipſe iterato pronuntiauit, appellari contingat, appellatio ad Senatorẽ interponenda & repræſentanda, iuſtificanda & proſequenda

sequenda erit, eodem modo quo dixi faciundum coram Capitaneo ex statuto lib. 1. c. 180. & 181. & tūc omnia cum temporibus ita erunt seruanda, prout seruantur in secunda instantia, qui omnia ad vnam consonantiam redacta sunt lib. 1. c. 183.

De tertia, seu vlteriori instantia: Cap. XIIII.

1 *Appellatur à Capitaneo ad Senatorem, si sententia Capitanei non sint primæ conformis.*
2 *Appellatur rursus ad Capitaneum, si tertia sententia Senatoris non sit nec cū prima, nec cum secūda conformis.*
3 *Appellationem causæ, eodem modo instruuntur in tertia instantia, sicut in secunda.*
4 *Senator in tertia instantia est suspectus, si in prima ipse, vel sui officiales iudicauerint.*
5 *Persona dicitur eadem, quamuis dignitas, vel officium mutetur.*
6 *Fatalia tertiæ instantiæ sunt mensium quatuor.*

1 SI igitur secunda sententia primæ sententiæ conformis in totum, vel in parte non fuerit, licebit pro ea parte pro qua conformis non fuerit, appellare, ex statuto lib. 1. c. 180 quæ appellatio ad Senatorem negotium deuoluit ex statuto prædicto.

Sed si Senator sit, aut illius collaterales, qui primam sententiam tulerint, consultor eligi debet, vt infra dicam, vers. si in prima. eo. c. 180.

2 Sic & si sententia in tertia instantia per Senatorē ferenda nec cum prima, nec cum secunda confor-

mitatem haberet, iterato ad Capitaneum appellandum esset: & si Capitaneus de aliis prioribus cognouisset, consultor omnino esset eligendus, eo modo quo supra de electione consultoris dictum est, ex sta tut. lib. 1. c. 182. & hic seruantur omnia cum suis terminis, & tẽporibus; prout in secundi insta. d. c 183.

9 Appellatione repræsentata, quę dixi obseruanda esse in secunda instantia, hic in tertia attendenda erunt cum circa reproductionem & repetitionem iurium, cum etiam obseruationem desertionum, iustificationem & impugnationem appellationum, & reliqua quæ ibi notaui.

4 Si in prima instantia Senator, aut illius officiales, qui primus & secundus Collaterales sunt, iudicauerit, consultor iuxta modum supra in secunda instantia traditum, eligi debet, lib. 1. c. 180. & 181. & 183. cuius consilio ipse Senator causam decidere debet, & quamuis disputari posset, vtrum eo casu quo Senator, aut illius officiales in prima instantia iudicauerint, Consultor petentibus tantum partibus, vel etiam non petentibus eligendus sit, per ea quæ dixi supra in ordinariis de præfixione dilationum, tamẽ admoneo patronum qui clienti suo consulere vult, vt Consultorem iuxta formam supra traditam eligi procuret, ex qua electione non solum disputationem, & dubium euitabit, sed etiam labori, quod in informando assettamentum subire posset, facillime parcet, & se vnius Consultoris voto liberabit; licèt consultius sit in dubiis articulis quatuor quàm vnius votum habere.

5 Dubitari posset circa hanc personarum identitatem, quid si ille, qui vt Capitaneus iudicauit, efficiatur

tur Senator, vel primus, vel secundus Collateralis, vel ex contrario, vtrum ille sit à facultate iudicandi exclusus, adeo quòd electioni Consultoris locus sit, & locum esse Consultori tenuit, Bart.l.eos. in prin. quæst.2. C.de appella. faciunt dicta per eundum. l. nemini. C.de aduoc.diuer. iudicio.

6 Fatalia huius tertiæ instantiæ quatuor mensiũ, sunt ex statuto lib. 1.cap.81. & cap. 183. & propterea qui ea labi viderit, & sua interesse arbitrabitur, illorũ prorogationem à signatura obtinebit, vt supra dixi de fatalibus causæ appellationis, quo in loco videre etiam licèt quæ ibi circa impedimenta & restitutiones, & reliqua animaduertenda censui.

De reductione sententiæ arbitratorũ, & appellatione à sententijs arbitratorum, deque illarum nullitate. Cap. XV.

1 *Vir bonus lites detestatur.*

2 *Iudex potest partes ad compromissum cogere, remissiue.*

3 *Compromissum inter consanguineos vsque ad certum gradum, certis casibus fieri præcipitur.*

4 *Reductionem sententiæ arbitri ad viri boni arbitrium petens, quid & intra quantum tempus facere debeat, & de forma petitionis.*

5 *Dies decem dati ad dicendum de nullitate sententiæ arbitri, vel petendam reductionem, computantur à die scientiæ, si citatio ad sententiam non præcessit.*

6 *Iurans non petere reductionem, an excusetur si intra dies decem reductionem non petierit, quia absolutionem non impetrauerat.*

7 *Iuramentum in compromisso appositum, intelligitur si æque arbitretur.*

8 *Modica læsio, non facit esse locum reductioni, & propterea non est petenda.*

9 *Iudex super reductione aditus, poterit de nullitate cognoscere.*

Et quid ex contrario remissiue. ibidem.

10 *Læsio & iniquitas sententiæ arbitrorum, & ex nouis iustificari potest.*

11 *Arbitri ab arbitratoribus, & sententia laudo differunt, & quo modo cognoscantur remissiue.*

12 *Causa reductionis laudi pendente, exequi non potest.*

13 *Sententia arbitrorum seu laudo arbitratorum confirmatis, an liceat vlterius appellare.*

1 QVi iudicia subire detestantur, quod virum bonum decet. l. item si res. §. fi. ff. de aliena. iudicii muta. causa facta. glo. l. illud §. quid tamē. ff. de trib. actio. eorum cōtrouersias & quæstiones in arbitros, siue arbitratores compromittunt, de quibus multi,
2 & quidē egregii viri, plenissime tractarunt: multoties quoque à iudice partes compromittere coguntur, vt per Fely. extra de tregua & pace. in rub. & in c. pastoralis. de rescrip. latè per Marcum Ant. Blan.
3 in tracta. de arbi. quæst. quarta. Sed & statuta nostra inter cōsanguineos certi gradus, & affines primi gradus affinitatē durante compromissum in causis non liquidis certis modis & temporibus fieri præcipiūt, de quibus abunde lib. 1. c. 100. sed quia ex antiquis

statu-

statutis negotium hoc satis intricate & mutilate tractabatur, vt aliàs hoc in loco dixi, ideo in nouis prospectum est, vt à sententiis arbitrorum & laudis arbitratorum intra decem dies appellare, & respectiuè reductionem petere, & vtroque casu de nullitate sententiæ à laudi dici possit, vtque appellationis, reductionis & nullitatis cognitio & determinatio intra trium mensium spatium fiat, quo termino elapso prima sententia arbitrium siue laudum firmum remaneat lib. 1. c. 178.

4 Si igitur nulla arbitrorum sententia vel arbitratorum laudum prætendatur rei patronus coram Capitaneo appella. intra decem dies comparere debet, & quærelam seu appellationem repræsentare, & deinde suam causam instruere, vt infra de prosecutione appellationis est dictum.

Qui vero omissa nullitate, vel quia non adsit, vel quia eam prosequi nolit, sed grauamen illatum ad boni viri arbitrium reduci cupit, suam petitionem intra dictos decem dies offerre debet, in qua facti serie narrata, ac expressa læsione, vt melius potuerit, concludendo, petet sententiam ad boni viri arbitrium reduci, qua petitione oblata intra tres menses vt proxime dixi curabit causæ expositionem, nam si per iudicem intra dictum tempus non terminetur, prima sententia firma remanebit, qui igitur tempus labi dubitabit, prorogationibus a signatura impetrandis innitetur.

5 Sed quoniam hoc statutum principium dierum decem non aperit, ideo animaduertendum est, quòd si pars fuerit in prolatione sentētię, vel laudi citata, dies prolationis erit termini initium, idest ab eo die

dicendum computari incipet: si vero pars in prolatione sententiæ non fuerit legitimè citata, non nisi à die scientiæ computabantur, vt dicit Aymo. Crauet.de antiquit.tempo.par.2 num.2.post Corn. consil.17.col.4. vol.4.

6 Sed quid si quis iure iurando in compromissi celebratione affirmauerit, se reductionem sententiæ arbitri non petiturum, & intra decẽ dies non petierit, vtrum ex hoc excusari debeat, si post decem dies, iuramenti relaxatione impetrata, velit reductionẽ petere, quasi antea non potuerit, iuramenti vinculo obsistente? & excusari non posse respondit Felyn.c. ex transmissa.col.1.vers.pro tanto dixit Ludouicus, extra de præscriptio. post Ludou. Ro. vbi per eum quem sequitur apostilla. ad Lanfrancum in tracta. de arbi.in vlti.par.q.14.in prin. ea ratione quia sibi imputandum est quod intra terminum iuramenti relaxationem non petierit. Sed hæc conclusio etiam ex alio capite vera est: nam iuramentum in com-
7 promisso appositum, recipit tacitam conditionem, si æquè arbiter fuerit arbitratus. l.si libertus iurauerit.ff.de ope.liber.Bart.l. si societatem.§. arbitrorũ. n.31.ff.pro socio.& l.fin.vbi Ias.latissi. ff.qui satisd. cog. per Canon.c.quintauallis. extra de iureiur. donec igitur apparuerit arbitrum æque arbitratum esse, altera partium interim reclamante, neque pœna committetur, neque periurium erit detectum, vt dicunt Doct.in locis præallegatis.

8 Vnum admonere volo patronũ, vt se diligenter informet à Cliente in quota parte sit læsus. nã si læsio esset modica, tunc reclamandum non consulat, nam in modica quantitate arbitros lædere posse cõ-

pertum

pertum est, Bart.d.l. societatem.§.arbitrorum. nu. 25. versic. quaero quae dicatur magna. ff. pro soc. Soz. consil. 120 num. 7. volum. 2. Dec. consi. 39. iuridicum, in fine.

9 Sed nunquid iudex super reductione ad arbitriū boni viri aditus, possit de nullitate laudi cognoscere? & posse tenuit Franc.c.dilecto.in 15. quaest. prin. extra. de appell. post Archi. Butri. Panor. & Imol. vbi per eum, ea ratione quia reductio sapit naturam appellationis, & totum negotium deuoluit. Quid autem ex contrario, idest, nunquid iudex super nullitate aditus possit de laesione cognoscere per Franc. d c. dilecto. qu. 30. qui idem tenet, & refert eos qui contrarium senserunt.

10 Et quamuis statutum in aliis prohiberet appellationem iustificari ex nouis, sine iuramento producentis, vt supra de iustificatione appellationis dixi, tamen hoc casu permittit simpliciter de iniquitate & enormi laesione probari, quod & iure communi permittitur, Lanfranc. in d. tracta. de arbi. in vltim. par. q. 16. post Bart. d. § arbitrorum. qui tantum loquuntur de arbitratore, vt infra dicam.

11 Haec duo statuta, de quibus tractamus, vt ex eorū lectura apparet, loquuntur de sententiis arbitrorū, & de laudis arbitratorum inter quos longa est differentia, si quidem arbitri appellantur qui ad litiū decisiones assumuntur. Arbitratores vero qui vt plurimum super contractibus & illorum perfectione, de quorum differentia & modo cognoscendi visendus est Bar. d. §. arbitratorum. q. 1. n. 7. cum quinque sequentibus. & Bald l. 1. colum. 1. versic item oppo. C. eod. titul. Lanfranc. dict. tract. de arbitr. in vltima

parte quæst. 1. cum quatuor sequen.

Igitur cũ grano salis de sententia & laudo meminerunt statuentes.

Sed postquam causa huiusmodi reductionis laudi fuerit in iudicio deducta, quantum tempus dabitur ad prosequendum reclamationem, siue petitam reductionem? & aliqui tenuerunt esse idem tempus quod datur causæ principali, quod tempus ex statuto erat vnius anni, alii vero quos refert Lanfranc. d. tracta. in vlti. par. quæst. 21. tenuerunt esse idem tempus quod est præfixum causæ appellationis, quod esset ex prædicto statuto sex mensium, inter quos longa est differentia? si quidem arbitri appellantur, qui ad litium decisiones assumuntur. Arbitratores vero, qui vt plurimum super contractibus & illorum perfectione, de quorum.

12 An autem pendente causa reductionis laudi ad viri boni arbitrium exequi posset, statutum nostrũ, quod appellationem, & reductionem permittit videtur negare, & ita etiam circunscripto statuto tenet Panor. & Imol. d. cap. quintauallis. extra de iure iur. quos refert Franc. d. c. dilecto. in decima princ. quæst. in quarta limita, & per consequens, si quid reclamatione pendente innouetur, per modum attentati veniet reuocandum ad c. non solum. cum nota. de appell. in 6.

13 Quid autem si arbitrorum sententia, siue arbitratorum laudum, fuerint à Iudice de appellatione, vel de reductione cognoscẽte cõfirmata, an tũc vlterius appellare, siue reclamare liceat? visendus erit Lanfranc. d tracta. de arbi. par. vlt q. 22. & Philip. Franc. d. c. dilecto. in 10. princip. quæst. versic. 4. limita. & om-

omnino Mar. Ant. Blanc. d. tracta. de compromissis, in vlti. par. nu. 19. qui latè differit recitando fundamenta octo, vel nouem Doctorum tenentium appellare non licere, & aliorum fere duodecim Doct. tenentium appellare licere, & nonnullorum distinguentium inter laudum arbitratorum, & sentẽtiam arbitrorum, & alios qui propter dubium consulere noluerunt: magis communem tamen opinionem esse quòd liceat appellare, dicit Paris. cons. 45. n. 93. votum. 1. post Alex. cons. 106. viso themate. vol. 3. licèt Blanc. ipse aliter sentiat & distinguat, statutũ tamen lib. 1. cap. 87. laudo seu arbitrio confirmatis dat executionem sicuti rei iudicatæ.

LIBER SEXTVS.

De causis nullitatum. Cap. I.

1 *Nullitatum causæ, quinque modis cognosci & deduci possunt.*

2 *Statutum de causis nullitatum lib.* 1. *c.* 157. *tractat de illis, quæ principaliter & de per se in iudicium deducuntur.*

3 *Forma petitionis exhibendæ in causa nullitatis principaliter intentatæ.*

4 *Generalis petitio & libellus nullitatis sustinetur, parte non opponente, aliàs nullitates exprimere tenetur.*

5 *Causa nullitatis principaliter intentata, non requirit iure isto neque libellum neque litis contestationem, de iure communi secus.*

6 *Nul-*

6 Nullitas principaliter deducta, debet iustificari intra octo dies vtiles, & intra alios septem expediri, aliàs lis ipsa & instantia perit.

7 Prorogatio termini tàm probatorij quàm ad expediendum, in causa nullitatis, à sola signatura datur, & in ea vigilandum.

8 Signatura non dat restitutionem instantiæ si labatur, in causa nullitatum & datas reuocat, quia cum instantia ius perit.

9 Depositum quando in causis nullitatum principaliter intentatorum fieri debeat.

10 Citatio partis in repetitione, seu productione actorum requiritur.

11 Instantia causæ nullitatis, est dierum vtilium decem ad probandum & biennij ad expediendum.

12 Iudicis officium quod sit, nullitate principaliter intentata.

13 Appellare licet in causa nullitatis principaliter introducta, siue pro nullitate, siue contra pronuntietur.

14 Commissione impetrata & præsentata, pro causa nullitatis principaliter intentanda, an instantia computetur à die præsentationis, vel citationis partis.

15 Commissio est loco libelli.

16 Citatio est initium cuiuslibet processus.

17 Desertio in dubio non est iudicanda.

18 Iudex aditus super nullitate sententiæ, an & quando possit merita tangere.

19 Executio sententiæ an & quando fieri possit, pendente causa nullitatis principaliter intentatę, reg. cum limita. vt nu. 25. 26. & 28.

20 Sententia nulla, nec titulum præbet, nec bonam fidem

dem inducit.
21 Exceptio nullitatis executionem impedit.
22 Executio si sit irretractabilis per pendentiam nullitatis impedit.
22 Captura personalis an dicatur actus irretractabilis, itaut suspendat executionem, nullitate pendente.
24 Reus in causa nullitatis quod attendere debeat.
24 Interlocutoriam sententiarum, de nullitate an & coram quo Judice dici possit.
26 Attentata omnia sunt nulla, sed non ex contrario.
27 Statutum, quod de nullitate post annum agi non possit, an excludat post annum excipientem.
28 Remedia omnia temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum.
29 Statutum prohibens de nullitate agi post annum, non excludit casus hic enumeratos.
30 Nullitas patens, sufficit quòd iudici demonstretur, cuius partes erunt potius nihil agere, quàm exequi, & si exequatur, appellabitur.
31 Replicare de nullitate, in terminis statuti nostri post annum non licet.
32 Replicans dicitur agere, ad effectum de quo hic.
33 Nullitas mixta cum spolio etiam post annum per viam replicationis opponi poterit.
34 Nullitate in simul cum appellatione deducta, si sententia fuerit confirmata, de nullitate vlterius dici non poterit, quod limita, vt num. 40
35 Appellatione deserta, in qua nullitas etiam fuerat deducta, non erit facultas dicendi de nullitate praeclusa.
36 Clausula, saluo iure dicendi de nullitate, in appellatione quid operetur, & an sit necessaria.

CAV-

1 AVSAE nullitatũ de mente Philippi Franchi, qui egregiè de illis tractauit in c. dilect. de appel. quinque modis cognosci possunt. primo per viã appellationis appellando à sententia nulla: secundo dicẽdo de nullitate incidenter, & accessorie ad appellationem, quia in omni appellatione tacite nullitas includitur. tertio de nullitate expressè in simul cum appell. quarto principaliter & de per se, absque aliquo remedio appellationis principaliter iudicem adeundo. quinto per viã exceptionis, coram iudice exequente. inter quos modos maximum discrimen colligitur, vt ipse Francus latè prosequitur. d.c. dilecto. quæst. 54.

2 De quarto igitur modo loquitur statutũ de quo tractare hic intendo, lib. 1. c. 191 quod facile dignoscitur non solũ quia apertè dicit de ea quę principaliter in iudicio deducitur, sed etiã quia præfigit terminũ ad probandũ, & dat instantiã ad expediendũ, ex quibus hæc argui & demõstrari dicit Fran. d. q. 54. circa med. vers. his sic præmiss. & rursus in q. 11. Et vere & proprie dicere de nullitate est adire iudicẽ per viam querelæ. c. concertationi. & ibi Archid. de appel. in 6. l. si expressim. ff. de appell. idem Lanfranc. d cap. dilecto. quæst. 27 vers. & præmitte.

3 Qui igitur nullitatem alicuius sententiæ diffinitiuæ (nam de interlocutoriis infra dicam) corã Capitaneo appellationum, principaliter introducere vult, is suam petitionem formabit, in qua narrabit seriem facti, dicendo sentẽtiam contra se latam per Labeonẽ iudicẽ vitio nullitatis subiacuisse, & subiacere,

cere,

cere, causis & rationibus ex actis colligibilibus, & suis loco & tempore deducendis & allegandis, vel quia lata cōtra formam iuris & statutorum proptē reaque concludendo petat dictam sententiam nullā declarari, irritari, & annullari, siue irritam & nullam declarari, & ad uersariū in expensis condēnari.

4 Hæc petitio ita generaliter sustinebitur reo non opponēte, sed si is peteret causas nullitatis, siue ipsas nullitates exprimi; tunc actor cogeretur exprimere, vt dicit Alexandrin. d. c. dilecto in 5. prin. q. versi. succedit quęstio. Franc. ibidem. q. 13. & 14. quo in loco tractant quid si libellus sit generalis, & prosecutio specialis, vtrum succumbēs ex speciali causa deducta, possit aliam deducere, & quid si libellus fuerit specialis, an & aliæ possint deduci, ad quem recurras, quia non intendo tam breui compendiolo totas materias, quas perfunctorie attingo, pertractare ad quas tamen dubitationes tollendas hodie est in statuto adiectum non nisi semel de nullitate agi posse, etiam si nullitas ex diuersis capitibus prætendatur.

5 Quamuis autem libellus & litis contestatio iure cōmuni in hac principaliter intentata nullitate requireretur; secundum relata per eundem Francum in d. cap. dilecto. in vndecima & duodecima quæst. & ex consequenti ordinarie procedendum esset, tamen statutum de quo loquimur, & libellum & litis contestationem excludit, sola petitione breui quo termino ad probandum contentus.

6 Actor igitur post oblatam, parte legitime citata, petitionem, transportatis quā primum poterit actis & processu prioris instantiæ, intra decem dies vtiles suam intentionem iustificare conabitur, quam si nō iusti-

iustificabit, sciat se à facultate iustificandi exclusum etiam ex apertissimis verbis statuti, ibi, quibus elapsis ulterius ad illius iustificationem non admittatur.

7 Igitur antequam petitionem offerat, diligens patronus præparabit omnia quæ ad iustificationem nullitatis deducendæ nouerit opportuna, ad hoc vt quasi ex promptuario intra terminum probationẽ & intentionis iustificationem promere possit, quod si necessitas hæc, vt dico, fieri non permittat, tũc ad refugium signaturæ conuolabit, a qua nominatim prorogationem termini probatorii iudici committi obtinebit, & parte legitime citata ad dicendum contra commissionem in actis præsentatam, & videndum prorogari terminum, ad probandum, iuxta formam illius, prorogationem à iudice cuius arbitrio committi solet, impetrabit, quæ ad non maiorem terminum fieri debet, vt dixi supra de executione instrumentorum vers. hæc prorogatio.

8 Consueuerunt aliqui, vel versuti, vel etiã minus periti in supplicationibus prorogationum apponere verba illa; committere & mandare, vt terminum ad probandum in causa huiusmodi, qui metam dierum decem vtilium nõ excedit, quatenus duret prorogẽt; quatenus vero lapsus sit, alium terminũ illius loco præfigat, sub qua iustificatione à minus in tanta negotiorũ copia animaduertentibus Referendariis commissiones quandoque extorserunt, quærentes exinde lapsum terminum reparare, quod negotium cum per reformationem ad signaturam deferretur, demõstrato statuto per quod declaratur quòd perempta instantia non solum instantia, sed etiã lis ipsa perit. d. lib. 1. c. 191. ex qua litis morte ius parti

quæ-

quęsitum intelligitur, sicut ex peremptione fataliũ, cui iusti quęsito, obstante maxime Cancellariæ regula de iure quæsito non tollendo per signaturam derogatum non censetur, fuerunt per signaturam non semel, sed pluries commissiones restitutionis termini prædicti ad viam iuris reductæ. qua reductione stante, lis ipsa, & instãtia, ac facultas vlterius de nullitate dicendi, perempta declarata fuit igitur in prędicto termino aduigilandum censeo: quia ex negligentia maximum damnum clienti afferri posset.

9 Diligenter etiam animaduertendũ est quòd qui principaliter dicit de nullitate sententiarum latarũ super executione instrumentorum etiam dotalium apocarum testamentorum, & vltimarum voluntatum sententiarum arbitror laudi arbitratorum, & quarumcunq; sententiarum depositum facere debet intra triduum iuxta formam traditam d. lib. 1. c. 171. & 172. alioqui etiam si Iudex inhibuisset, inhibitio non præstaret iuris effectum, nec impediret, quo minus ad executionem, & ad vlteriora in causa principali procedatur, hoc enim nullitatis remediũ adeo visum est statuentibus exorbitans, & odiosum vt non fuerint contenti, quòd inhibeatur, & inhibitum censeatur sine præiudicio legitimæ executionis, sed etiam depositum requisiuerunt.

10 In termino igitur probatorio, vt ad processum redeam, pars aduersa, vel in ipsa actorum transportatione, vel in repetitione ipsorum actorum omnino citanda est, vt dixi supra de prosecutione causæ appellationis, verbo & licet.

11 Elapsis diebus probatoriis, & iustificatione facta instabitur pro sentẽtia, quæ debet obtineri intra biẽ

nium

nium ex noua prouisione in statuto prædicto c. 191. quæ depositio iuri communi consona est, vt dicit Alexandrin.d.c.dilecto. in 3.quæst.principali versi. sed operæpretium. Salyc. l.fin.§.illud.in fin. C. de
12 tempo. appella. ita vt intra biennium hic vbi litis contestatio non fit, computabitur a primo actu, quo de meritis tractari cæptum erit per ea quæ dixi, supra de instantia in summariis.
13 Iudex igitur si sententiam viderit nullam, eã nullam declarabit, sin minus, sententiam rite & recte latam nulloq. nullitatis vitio subiacere, & partẽ quæ nullitatem in iudicio deduxit, in expensis condemnabit, vel nullitatem reiiciet, quod æquipollet.
14 Ab hac sententia vtriq. parti, videlicet, siue declaretur nulla, siue nullitas reiiciatur, appellare licebit, quia est definitiua & ordinarie in ea proceditur, de iure siue ex statuto nostro summarie, vt supra demonstratum est. & hoc in terminis tenuit Alex.d.c. dilecto.q.11. & Francus ibi.q.15. vers. sed quando. & q.47. & idem Franc.cap. si recte.quæst.2. & 3.eo. tit. & ideo ab attentatis cauendum.
15 Libet hoc in loco quod semel disputatũ vidi referre, pars quæ sententiã nullam esse prætendebat, commissionem impetrauerat, per quam causa nullitatis certæ sententiæ Capitaneo cõmittebatur, parte aliter non citata, inde ad aliquot dies partem citari fecit & inhibere obtinuit, inde ad nonnullos alios dies reus in hoc iudicio, prætendebat terminũ probationum expirasse, & dies à statuto præfixos numerabat à die præsentatæ commissionis in actis, quam loco libelli esse asserebat. l.1. C.quan.libel.prin. datus, cum nota. Actor asserebat non esse desertam, &
nume-

numerabat dies a citatione & inhibitione, fretus verbis statuti à die oblatæ petionis. offerre enim intelligit lex parte vocata.authen.offeratur.C.de litis cōtesta.secūdo,quia statutū requirit procesſū,in iustificatione nullitatis,vt ex illius lectura patet,nā requirit iustificationem,intra decendium à die pe-
17 tionis oblatę,& tūc dicit Bal.l.1.in fi.C.quan.libel. princ.datus, quod requiritur citatio, quæ est initiū cuiuslibet processus, allegat.§. fi. insti. de perp. & tem.actio.& c vlti.vt lite penden.in Clemen. Tertio,quia non dicitur causa in iudiciū deducta ante partis citationem.cap.forus. in principio. extra de verb.sign.nec per solam rescripti impetrationē reus vexari dicitur, vt dicit glo.in clemen. 1. in verba. vexare. de reler. quā sequitur Staphi. de lit.iusti in prin ver.derogatur. Ex aduerso allegabatur eadem clem.fi.vt lite pendēte.& l.1.C.quan.libel.prin. datus,in quib⁹ locis quo ad actorē lis dicitur pēdere ex rescripti impetratione, sed hoc verū arbitror quantum ad effectum reuocationis attentatorum, & vt impetrans alium iudicem adire non possit,non autē quo ad hoc,vt res in iudicium deducta credatur, & instantia inchoata,neque etiā,vt pœnæ locus sit,nā vt dicit Ias.d.l.1.quādo libellus princ.da.col.fin. in prin.impetrans:contra patronū,non incidit in pœ-
18 nam ante citationē. & hæc opinio mihi magis placuit,pręsertim quia in dubio pro non desertione iudicandum, Rota per Cassa. de appella.decis.4.in fi.
9 Sed nunquid iudex aditus super nullitate possit merita tangerē & sententiam reformare, & Franc.d. cap.dilecto.in 10.quæst.prin.de men.Bal.l.tale pactum.§.qui prouocauit. q. 14.ff. de pac & Imo. l. si
S ex-

expressim.ff. de appell. & Panor. in c. in literis. de offi. deleg. destinguit, quòd aut petitum est in libello declarari sentētiam, nullam, & in melius reformari, & iudex poterit si modo nullitas non resultaret, vel ex inepta actione vel inepto libello vel processu: secus autem si nullitas resultaret vel ex inepta actione, aut inepto libello vel processu: quoniam eo casu non possent per iudicem super nullitate aditum, merita tangi, quia deducta non dicūtur, vt ipse dicit in dicta 10. q. vers. prostremo. & hoc etiam tenet Alexand. ibi, dicta. q. 10.

Subscripta conclusio, quòd sententia possit reformari per iudicem super nullitate aditum si petitum sit, vera est, si sententia si nulla & ante omnia declaretur nulla, quia non ante tangere poterit merita iudex quàm nullitatem declarauerit, & hoc si pars opponat, quo etiam casu idest, parte opponente, processus super meritis erit nullus, alioqui si pars non opponit, poterit iudex, & nullitatis & reformationis negotiū simul expedire, quinimmo & si sentētia esset aliqua, & pars quæ obtinuit pateretur in hoc iudicio, de meritis disputari, posset iudex aditus sentētiā reformare, vt late prosequitur Frāc. de mēte aliorū quos refert d. q. 10. vers. vlterius aduerte.

Cautus igitur patronus qui partes succumbētis tutabitur, si viderit ex priori sententia ius sui principalis læsum, & speret hoc demonstrare posse, in petitione formanda super nullitate: deducet etiam iniqutiatem, petendo illam sententiam in melius reformari.

Patronus autem obtinētis, inuigilās protestationibus merita tangi non permittet, ante negotium nulli-

nullitatis discussum, ne clientem etiam circa merita in periculum inducat.

20 Sed nunquid pendente discussione causæ nullitatis principaliter, vt statutum nostrum dicit intentatæ sententia exequi possit, aut interim executio suspēdatur donec quæstionis nullitatis exitus appareat? & hæc quidē est quotidiana & vtilis quæstio, quā sæpissime agitatam vidi, & breuiter ex his quæ colligere potui, communis conclusio est, quòd executio non impediatur ex doctr. Innoc. c. cū in iure. de offi. deleg. per tex. l. 1. in fi. C. quando prouo. non est necess. Ang. & Imol. l. 4. §. condemnatū. ff. de re iud. Rota. de excep. 3. aliàs, 280. in no. Vitalis Gamba. in tract. clausularum nil nouari nullitate pendēte. Alex. d. c. dilecto. in secunda princ. quæst. versic. stat. ergo conclusio. col. 34. Phil. Franc. ibidem in 10. princ. quæst. vers. circa tertium. Ruyn. consil. 59. n. 8. vol. 5 quidquid tenuerint Paul. Alex. & Rip. d. l. 4 §. condemnatum. de re iud. quorū rationes euacuantur ex dictis per Alex. & Franc. vbi supra, & ideo si pendente nullitatis principaliter intentatæ quæstione, executio fieret, non veniret in modum attentati reuocanda, nisi demum obtinuerit agens in causa nullitatis sententiā nullam declarari: quia eo casu executio vnà cum omnibus inde secutis, &
21 res ipsa cum fructibus restitueretur: sententia enim nulla nec titulum nec bonam fidem præbet, vt dicit Rota, Alex. & Franc. vbi supra Alex. d. l. 4. §. condemnatum. col. 5. nu. 15. vers. & ista opinio.

Ego quidem à tantorum patrum sententia in prima praxis huius editionem discedere non audebā, sed vigentibus antiquis credebam, post deductam

principaliter in iudicio coram Capitaneo nullitatẽ, executionem impediri ex duobus. primo, quia statutum terminum angustauit, & processum summariũ fecit, & breuissimum; & tamen potissima ratio doctorum, tenentium executionem non suspendi, per iudicium principaliter intentatũ, sed per exceptionem, quæ incontinenti probari potest, est illa, quia iudiciũ est ordinarium, exceptio summaria, ita Bal. l. 1. C ne liceat, tertio prouoca. Franc. d. c. dilecto. q. 10. ver. circa tertium. Bar. Alexan. Paul. & cæteri, d. §. condemnatũ. & illuc incontinenti, siue intelligamus de arbitrario termino, vt dicunt. d. § condemnatũ. in fi. & ibi Rip. refert. vix est, vt iudex recisius tempus dierum octo vtiliũ arbitrari possit: siue igitur intelligamus de tempore, quod datur ad faciendum executionẽ in bonis pro pecunia, & tunc dico quòd considerato statuto antiquo, quod est lib. primo cap. 79. & lib. quarto par. princip. cap. 24. in primis si exequatur super re mobili actor per dies quindecim, super immobili per dies per dies triginta, post executionẽ quiescere debebat, & successiue pro extimatione bonorum immobilium alii dies quindecim intercedebant, & vltra prędictos alii quindecim in reliquis adimplendis, respectu vero mobilium requiruntur ad minus vltra primos quindecim alii sex, & sic viginti vnum, in quibus vix est, quod non sint quindecim vtiles dies, adeo quòd quilibet ex istis terminis excedit terminum probatorium causæ nullitatis: nam elapso termino probatorio, quod erat tunc dierum octo vtiliũ, non est dubium, quòd si nullitas non fuerit probata, possit iudex nullitatem reiicere. Nec me mouet, quod Do-

Doctores, d.§. condemnatum & præsertim Rip.in fi.cōsideret,quòd quando agitur rei vendicatione, non cadet istud tēpus subhastationis, & propterea plenum consultum non esset,quia respondetur de mente eorundē sic tenentium,quòd datur terminus ad parendū sententię,qui terminus,erat dierū octo, licet non vtilium ex alio stat. lib. 1.c.93.quòd ferè cōcurrit cum termino probationum nullitatum. 21 Sed hodie vt omnis difficultas cesset,cautum est, in nouis d.c.191. quòd per pendentiam nullitatis etiā si iudex inhibuisset executio non impediatur; quinimmo quòd Iudicis inhibitio intelligatur facta sine præiudicio legitime executionis nisi si executio esset irretractabilis vt si ageretur de fortalitio cuius posset esse dfficilis recuperatio,vel de iniuria personali,& similibus,ex quibus disputationes prędictæ nonnulle sequentes cessant, quas delere non curaui, putans posse patronis causarum in aliquo prodesse posse.

22 Retenta igitur communi conclusione pro vera, etiam in terminis statuti nostri,vt executio per pendentiam nullitatis non impediatur, limitatur non procedere nec locum habere quando pars, quæ de 23 nullitate principaliter coram iudice dixit, compareret coram iudice exequente seu exequi volente,& de nullitate excipit,eamque nullitatē incontinenti demostrat(nō enim est prohibitum eodē tempore de nullitate coram vno iudice principaliter dicere, & coram alio excipere, vt dicit Franc.d.q. 10. vers. sed aduerte,quòd sola. Alex.d §.condemnatum.nu. 14.& 16.Vitalis Gamba in tract.clausularū nil in noua.nulli.penden.nu.6.)tunc enim scilicet, quan-

do etiam excipiendo deducitur nullitas de mente præfatorum doctorum, suspēderetur executio. Sed hæc mihi non videtur limitatio ad regulam traditā, sed potius cautela ad executionem fugiendā, vt de ea corā iudicē exequente excipiatur; ex qua etiā alia constituenda est regula ex dictis Bar. & Docto. d. §. condennatum. de quo infra aliquid attingam.
23. Secundo limitatur quando tractaretur de executione irretractabili, vt nuper in nouis est prouisum, eo enim casu suspenditur executio etiam per nullitatem principaliter intentatā, quia cessat ratio quid nullitate detecta, & possit sententia & executio retractari, & in hoc fere omnes consentiunt. Castr. d. l. 4. §. cōdemnatum. Ias. ibi, n. 22. & Rip. n. 21. Alex. d. q. 2. vers. secundo fallit. col. 35. Franc. d q. 10. vers. secundo limita. Quod tamen sublimitatur per eosdem, quando constaret de euidenti calumnia opponentis, vt tunc executio non supendatur, & ex prædicta limitatione, quando executio est irretractabilis inferebat Cast. d. §. condemnatū. col. fin. vers. si autem petatur fieri. de mente Bald. l. 1. C. in integ. resti. pos. nil noui fieri. quòd hoc idem erit in captu-
24. ra personali, cum iniuria qua persona afficitur, sit irretractabilis, quem ibi sequitur Alex. nu. 29. vers. & per istam, sed Ias. d. §. condemnatum. vers. tertio notabiliter. num. 21. & sequen. de hoc dubitat, quia etiam in executione in bonis facienda, aliqualis iniuria infertur, & tamen non suspenditur executio, de mente omnium, cum quo expresse tenet Rip. ibi, col. 3. vers. 1. vt non procedat, num. 22. Mihi si calculum afferre liceret, plus placeret prima opinio, tū quia seniorū & pluriū auctoritate est fulcita, tum

quia nulli dubium credo, maiorem esse iniuriam personalem quàm realem.

Et ex rationibus, & iuribus ac auctoritatibus præfatorum Castr. Ias. Alexan. Franc. & aliorum proximè relatorum, alias cum in facto contigisset, quòd fuisset petita executio cuiusdam testamenti pro cõsecutione vnius vineæ, contra tertiũ possessorẽ qui in illa plura fecerat melioramẽta, quæ probata erãt in processu, & contra possessorẽ fuisset lata sententia, quæ fecerat rem iudicatam, dictumque esset de nullitate principaliter, & inhibitum, ac corã iudice exequente exceptũ de nullitatibus, quæ ex actis constare dicebãtur, & nihillominus festinans actor executionem fieri fecisset, obtinui eam executionẽ per viam attentatorum reuocari, quia huic reo pro melioramentorum recuperatione, nullo alio iure quàm per retentionem, poterat esse consultum. l. si in area, vbi docto. cum concor. ff. de conditio. indebi. Dec. post Bar. consi. 28. n. 2. sic igitur quia executio damnum irreparabile afferebat respectu melioramẽtorum, executionem fieri non potuisse declaratum fuit, & ex consequenti reuocata.

Tertio limitatur iure communi, nõ autem in terminis statuti nostri suprascripta regula nisi iudex de nullitate cognoscẽs, iudici exequẽti inhibuisset ne exequeretur; quia tunc omnino in executione supersedendum esset ad cap. non solum. de appella. in 6. & c. tuã. de ordi. cogni. ita Bald. l. 1. ff. de offi. cons. & Imo. c. ex insinuatione. extra de procura. Specu. in tit. de libelli cõceptione. §. nunc videndũ. in fi. sed Inno. c. cum in iure. extra de offic. deleg. & Alexãd. d. c. dilecto. in dicto secundo membro, vers. tertio

fallit.& Francus,d.q.10. versi. tertio limitanda. tenent contrarium, videlicet,quòd executio,etiã per inhibitionem factam iudici exequenti, non impediatur,& si facta executio propterea reuocari non possit,quod etiã tenuit Rota, dicta decis.280. alias, de exceptio.3. in no.& Paul.de Cast.qui videtur distinguere,vtrum fuerit præuentum cum inhibitione,vel cum executione.d.§ condemnatũ.col.1.n.3. ipse quoque concludit,quòd si executio fiat,non retrabitur,& idem tenet Alex.ibi,nu.15. Rip.autem, d.§.condemnatum.col.4. nu.28. pro omnium concordia dicit,quòd concurrentibus his tribus executio non sustinebitur: primo, quòd iudex nullitatis præueniret iudicẽ executionis: secũdo,nullitas etiã per modũ exceptionis coram iudice exequente fuerit proposita: tertio,quòd iudex nullitatis ipsi iudici exequenti inhibuerit,addo ego & quartum,quòd allegetur de nullitate constare ex eisdem actis & reuolutione chartarũ, vel simus in aliquo ex casibus, de quibus per Alex d.c.dilecto.in 9.q. princip. versi. facite regulam negatiue. per ea, quæ dixi supra in prima limitatione: alioqui cum de se exceptio non impediret,nisi probatio incontinenti offeretur, vel essemus in casibus suprascriptis,nec etiam principalis petitio de per se suspenderet. nec etiã inhibitio, vt dictũ est,non video quomodo hæc omnia simul iuncta hoc efficere possent, cum virtus vnius hoc casu non augentur ab alio.

25 Vt igitur ad praxim redeamus, is contra quem libellus nullitatis offertur,animaduertere debet quę contra sententiã seu processum nullitates ex aduerso obiiciãtur,quas si veras aut probabiles esse viderit,

rit, seu etiam tales quæ ipsum in ambiguum trahant, executionem nõ procurabit, ne malum ex malo producat: scire enim debet, quòd si succũbet, executio & inde secuta omnia maximo clientis dispendio, & sua ignominia, vt supra proxime dixi, reuocabuntur; igitur illarũ defensioni, & quatenus vere existant sanationi, potius quàm vlteriori executioni incumbat: si vero friuolas minimeque releuantes esse viderit, ius ad executionem ex forma statuti nostri procedere poterit.

26 Hæc, quę diximus de introductione & prosecutione causæ nullitatis principaliter corã Capitaneo facienda, de sententiis definitiuis intelligi volo: nã quamuis etiam ab interlocutoria certo modo, de quo supra suo titulo dixi appellare permittatur, nõ tamen de nullitate interlocutoriæ, corã alio iudice quàm coram ipso, qui interlocutoriam tullit, cognosci poterit, vt dicit Franc. de mente relatorum per ipsum, d c. dilecto. quæst. 19. qui etiã dicit, quòd appellatio ab interlocutoria non deuoluit causam nullitatis ad iudicẽ ad quẽ, nisi ipsa nullitas pro causa grauaminis, vt esset præposteratio ordinis, denegatio compromissi, vel quid tale, exprimeretur, & nisi attentata facta post illam appellationem per viam nullitatis reuocari peterẽtur, (nam attentata etiam per viam nullitatis reuocari possunt, quia omne attentatũ est nullum, licet non ex contrario, Rota, de appella. prima. & secundum alium ordinem etiam
27 pri. in no. Franc. c. sępe. in glo. ratã. de appella. Decius. l. 1. C. de bo. pos. sec. tab.) his enim duobus casibus, iudex appellationis ab interlocutoria de nullitate cognoscere posset, alias si nullitas in interlocu-

toria

toria prætenderetur, iudex qui de causa principali cognoscit, adiri debet, vt dicit Franc. de mente Innoc. Bald. Angel. & Imol. d. cap. dilecto. quæst. 27. vers. tertio limita. qui limitat in delegato, vt possit adiri superior super nullitate interlocutoriæ, ibi videas.

Hactenus de exercitio nullitatum in iudicio principaliter deductarum, sed quoniam statutum prædictum nu. 191. in fine, per modum regulæ tradit de nullitate post annum à tẽpore sententiæ numerandum, nec agi nec replicari posse, restringẽdo tẽpus, quod erat de iure cõmuni annorum triginta. Alex. d. c. dilecto col. 13. versi. tertia est quæst. post Specu. Imol. & alios vbi per eum, vidẽdum erit de duobus, primo nunquid statutum excludat excipere volentem, secundo nunquid omnes nullitates post annũ sint exclusæ, aut adhuc aliquæ reseruatæ cẽseantur.

28 Prima quæstio ex opinionibus difficilis redditur, nam Io. de Ferra. in sua praxi, tit. de forma execu. senten. diffi. ver. quid si statuto, num. 11. tenuit in terminis statuti dicentis, quòd de nullitate sententiæ possit dici intra decem dies, a die sententiæ quòd lapsis decem diebus, neque agendo neque excipiendo dici possit, idem voluit Paul. de Castr. in simili statuto, consi. 288. ad primum respondetur, quòd dicta pronuntia. col. 2. ver. circa secundum, vol. 1. & hoc videtur comprobasse Alex. consi. 195. col. 2. volum. 5. & consi. 225. col. 3. volum. 6. & Corn. consi. 302. col. fi. vol. 1.

Contrariam vero sententiam in terminis statuti nostri loquentis per verbum agere, tenuit Franc. d. c. dilecto. q. 54. col. eius quæst. 3. vers. his sic præmissis.

fis motus,quia verbo actionis,de quo in statuto nostro non continetur exceptio. l. verbum oportebit. cũ nota.ff.de verb.sig. Bal.l.perẽptorias, vers.quid si statutum n.35.C. sententiam rescindi non posse. qui dicit,quòd statutum excludens ab agendo, non intelligitur exclusisse ab excipiẽdo,nisi de exceptione specifica & expressa mentio fiat,vt ibi in sequenti q.nu.36.hoc idem voluit Bart. in materia odiosa & exorbitanti prout in casu nostro. l.1. in princ. ff.
29 de excep. Et quia generaliter traditum est,quòd omnia remedia temporaria ad agẽdum,sunt perpetua ad excipiendum.l.pure.in fi.cũ concor. ff. de excep. doli.& Francum secutus est Card.Alexan.d.c.dilecto.quæst.14.col.eius quæst. 3. cum tribus sequentibus.vers.sed nunquid si statutum assignet tempus, & hanc sententiam nuncupatim tenuit Corn.d.cõs. 302.col.2.vers.præterea.vol. 1. & cum hac etiam transire videtur Bertrandus,cons.127. versic. ad octauum.vol.3.& Gozadi.cons.72.col.fin.vers.non obstat.& vere in terminis statuti nostri si diligenter illius verba intueantur,hæc quæstio dubitationem non recipit.

Non obstãt contraria recte per præfatos Franc. & Alex.euacuata,quia in terminis nostri responderi potest,& primo ad dictũ Ioannis de Ferra.in dicta praxi,quòd ipse loquitur in terminis statuti prohibẽtis dici posse, quòd verbum cũ sit generale cõprehẽdens & actionem & exceptionem,vt ipse sentit,nimirum si secundum ipsum,casum exceptionis comprehendat,consilium vero Alex. 225. lib.6. loquitur eo casu quo iam facta erat executio, & implorabatur iudicis officium,pro rescissione ex capi-

te nullitatis, quòd diuersum est à casu nostro, vt ex se patet, & apparebit ex sequentibus, & tamen non constat ibi quæ essent statuti verba, vtrũ talia quæ etiã exceptionem comprehẽdere possent. quo etiã modo respondetur ad cons. eiusdem 105. vol. 5. Sic etiam per verbum, dici, conceptum erat statutum, de quo loquitur Paul de Cast. d. cons. 288. Corn. vero d. cons. 302 col. pen. vers. nec obstat. firmat eam conclusionem in casu suo, quia in eo duo concurrebant, quę in casu nostro cessant, primum quòd statutum loquebatur per verbum, dici: secundũ quòd statutum vlterius progrediendo declarabat, quòd elapso termino, sententia remaneret valida & firma, in quibus verbis se firmat, quibus circũscriptis ipse tenuerat opinionem secundam, ex quibus facile colligi licet, veram esse in casu nostro conclusionem, vt post annum de nullitate excipi posit.

30 Sequens quęstio est dubia, perplexa & intricata, nunquid per statutum nostrum per quòd post annũ de nullitate agi non posse cauetur, omnis nullitas cẽseatur exclusa, & quidẽ arbitror magis communẽ sententiam esse, nõ omnes exclusas esse. Phil. Frãc. d. c. dilecto q. 54. col. eius q. 3. vers. si vero quæratur. & Alex. ibid. q. 14. col. eius. q. 3. vers. sed nunquid si statutum. qui quamuis inculcare videantur casum simplicem, cum casu quando statutum appellationem & nullitatem conculcauit, quod non est factũ in statuto nostro, tamen illius rationes etiam ad simplicem casum statuti nostri adaptãtur, eorũque sententia benignior & humanior esse videtur, mentique statuentium propior. Nam nullitas quæ causatur ex alio statuto, vt puta in casu nostrorũ statutorum,

tutorum,

tutorum,si non fuisset adhibitum in sententia votũ assettamenti,quod erat petitum,vel datę dilationes statutariæ,quæ petitæ fuissent,hæc non censebitur sublata,quia verisimile non est,quòd statuentes qui decreuerãt in specie illam sententiam nullam esse, voluerint se corrigere in generali hac traditione,& ex termini lapsu illam sententiam validare, quam nullã declarauerant,ita Alexand.d.c.dilecto.quæst. 14.ver.quinto fallit,& ibi Francus, q.52 vers.quarto limi. sequitur Rip.licet non loquatur quando ter minus est præfixus à statuto d.§.condemnatum.nu. 13.& quia generalis exclusio remediorum intelligi tur de competentibus iure communi,non autem de iure speciali,vt dicunt omnes post gloss.fi.l.post quã liti.C.de pac.sequitur Bald.de præscrip.in quarta par.4.par quęst.29.nu.6.Simili quoque modo veri simile non est, quòd nullitas illa, quæ prouenit ex defectu omnimodę iurisdictionis, reiecta censeatur. vt.dicit Alexand. vbi supra,& Sozi.cons.274.col.fi. vol.2.& cons.83.pro clariori.vol.4.Decis.consil.8. col.fi.& cons.35. col.pe.dixi omnimodę iurisdictionis,vt intelligas me non sentire de omni iurisdictio nis defectu,vt declarat Paris.consi.109. nu.3.vol.4. Item nec illa, quæ est notoria & patens per inspectionem actorum. Bertrandus consil.127. versic.ad octauum.vol.3.Gozadi.cons.72.col.fi.Item & nonnullæ aliæ notatæ per Fran.d.q 52.quas videtur re petere.q.54.col.eius q.fi. & per Alexand. vbi supra, & per Alex.l.pri §.& parui.in addi ad Bart.ff quod vi aut clam. quas diligens patronus in facti contingentia videre poterit.

31 Et in omnem euentum, quando nullitas est patens,

tens,ceteris quidem cessantibus omnibus, remediũ est vt dicta nullitas coram iudice exequente etiam post annũ & quandocunque deducatur, & illi demonstretur,illiusq;officium imploretur,ne sententiã,quæ sententia vere non est,exequatur, partesq; ipsius iudicis erunt in non exequendo,& in summa potius silere quàm exequi debet. Anch. cons.208.iudex de iure.n.6.& 7.Bal.cons.119. statuto cauetur, quòd turbans aliquem in sua possessione.vol 2. vbi per l.si feriatis.ff.de fer. & l.2.ff.de pen.dicit, quòd quando nihil venit extrinsecus probandum,sufficit quòd nullitas demonstretur iudici, & ille iudex ex tali sententia ius reddere non potest,& ex se videndo nullam non confirmabit,nec infirmabit, sed nõ exequetur, & idem tenuit cons. 225. visis prædictis actis diligẽter inspectis. vol.5 vbi dicit,quòd si iudex exequeretur,posset appellari,& idem quòd non debeat exequi,tenet Roma.cons.42.col.pen. ver.quarto faciunt,quæ notant Doct.l.vbi pactum.C.de trãsact.vbi ipse Bal.n.10.vers.expedita gloss.& ibi Ias. nu.12.& Iacobi de S.Geor.nu.14 & 15. erit igitur cautela,vt iudici exequi volenti demonstrentur nullitates patentes ex actis,& ipse exequi non poterit, & quatenus exequatur appellabitur, vt dicit Bald. vbi supra,sed patentes & releuantes nullitates esse debent,

32 Sed nunquid in terminis statuti nostri post annũ replicare de nullitate liceat,vt puta Sẽpronius, qui in iudicio petitorio succubuerat,petit à Caio rem à qua per iudicis sententiam fuerat eiectus, Caius excipit de sententia, & eius auctoritate dicit se tutum, Sempronius replicat sententiã nullã,& causam posfessio-

fessionis illi nō prębuisse, nunquid huic Sempronio de nullitate post annū replicare liceat? & scio pluries per dominos de Rota tantum fuisse non licere:
33 quia is qui replicat dicitur agere, principaliter enim agit, & exceptionē remouet, iuxta doctr. Paul. de Cast. l. 1. in prin. C. de ordini. iudi. & tangit Frāc. d. c. dilecto. nu. 4 vers. tertio quæro. extra de appel. Dec. c. à nobis. sub nu 8. vers. secundo, & sequen. de excep. & est tex. l quæsitum. in §. fi. vbi Bart. in summa ff. de pecu. ęque enim imputari potest actori cur in termino non egit, & cur non replicauit, quia vtrumque in eius fuit potestate.
34 Illud insuper notandum, quòd nullitas mixta cū spolio post lapsum anni etiam in modum explicationis proponi poterit, & ita pluries per DD. de Rota tentum fuit, vt per Achillem de constitutio. 9. & Puteum eo. tit. decis. 21. in fin. per ea quæ tradūt Doc. l. 2. in prin. ff. de verb. oblig. Sozi. cōs. 39. num. 12. volum. 4.

Hactenus tractatum est de casibus, quādo nullitas separatim ab appellatione aut agendo aut excipiendò deducitur, sed quid si insimul cum appellatione de nullitate dictum fuerit, vt docent Doct. l. si
35 expressim. ff. de appel. & prima sententia cōfirmata fuerit, & de nullitate doctum nō fuerit, vtrū de nullitate dictæ primæ sententiæ vlterius dici possit? & hoc casu statutum nostrū dicit vlterius non esse audiendum quod iuri communi consonum est per ea quæ notatur per Bart. d. l. si expressim. ff. de appe. & per Alexand. d. c. dilecto col. 39. vers. vndecimo. est quæstio. vbi quod appellās vlterius super nullitate dictę primæ sententiæ nō audiatur, & sic exceptionem,

nem, & principalem petitionem excludit per ea quæ paulo ante dicta sunt.

36 Hæc ego intelligo vera nisi in prima sententia esset expressus iuris error, vel calculi, vel alia nullitas euidens ex actis, vel si in hac secunda continuaretur nullitas, quæ erat in prima, puta, ex defectu personæ tunc enim arbitror non solum non confirmari primam, sed etiam hanc secundam nullitatis vitio subiacere. Franc. d. c. dilecto. q. 41. Alexand. ibi, q. 10 versi. sed quæstio stat quid si expresse confirmat, Fely. c. ea quæ. col. 1. num. 2. extra de re iud. Dec. c. 1, colum. fi. in fi. extra de confir vti. vel inuiti. Paris. consi. 109. vol. 4. qui restringit defectum iurisdictionis quando esset omnimodæ.

37 Sed qui si fatalia causæ appellationis in qua erat deducta nullitas deserātur, an & tunc videbitur hic qui nullitatem cum appellatione deduxerat, à facultate dicendi de nullitate exclusus, & de hoc statutū non loquitur, & propterea tanquam casum omissū remanere arbitror dispositioni iuris communis. l. si cum dotem. ff. sol. mat. c. 2. extra de transla. epis. Soz. consi. 9. num. 4. vol. 1. non enim plus disponit quàm loquatur. Bal. l. si testamentum. C. de testa. Iure igitur communi sublata non censetur, Bald. l. si. expressim. col. 5. vers. quæro quando. nu. 10. Bal. l. qui testamento. in fin. ver. vltimo nota. ff. de excusa. tuto. post Inn. c. sæpe. extra de appel. tenuit etiam Francus, d. c. dilecto. q. 58. refert, & transit Ias. l. contra maiores. in fin. ver. C. de inoff. testa. addi. ad Bart. d. l. si expressim. in verb. quæro quando.

38 Aliqui vero appellantes, qui timent in statutum incidere, & volunt posse de nullitate ad librum do-

cere,

cere, fibi ius dicendi de nullitate in appellatione expreffe referuant, fed hos videtur redarguere Alex. confi.59.col.3.verf. fed quando nullitas. nu.8.vol.4. quia fecundum ipfum, iudex tunc non poterat fuper nullitate pronuntiare, quia non eft petitum, fed quidquid ipfe dicat, veritas eft, quod eo cafu poterit pronuntiare fuperuacuo appellatum, quia fententia nulla, & dicunt Doct.d.l.fi expreffim.& d.c.dilecto. & fic quamuis expreffe forte, fi vera funt quæ ipfe dicit, non poffet fententiam nullam declarare, tamẽ effectus erit idem. Confilium igitur meum eft, vt appellans vel nihil de nullitate dicat, vel facultatem dicendi de ea fibi expreffe referuet; & per hæc ad laudem omnipotentis Dei fit expeditus hic nullitatum compendiofus tractatus, qui mihi difficillimus fuit, nec mirum cum eximii ingenii Alex. in fin. d.c.dilecto, exclamauerit tunc fibi bibendum, & pede libero terram pulfandam.

LIBER SEPTIMVS.

De caufis reftitutionis in integrum. Cap. I.

1 *Reftitutio in integrum eft remedium extraordinarium, quod regulariter cum ordinario non concurrit.*

2 *Reftitutio in integrum quid fit.*

3 *Reftitutio in integrum principaliter coram iudice ordinario Rei, vel ad id fpecialiter delegato, peti debet.*

4 *Reftitutio incidenter petitur coram iudice, qui de prin-*

 cipali

cipali cænsa cognoscit.

5 Restitutio in integrum quando principaliter, & quando incidenter petita dicatur, & de modo cognoscendi differentias ipsarum.

6 Forma petitionis restitutionis in integrum, principaliter petitæ.

7 Forma petitionis restitutionis in integrum, incidenter petitæ.

8 Clausula apponenda, si restitutio in integrum pro maiore petatur.

9 Causa per quam restitutio petitur, est exprimenda in petitione: & an discutienda ante omnia. nu. 10. & quid iure isto. num. 11.

12 Restitutionem in integrum petens, se læsum enormissime allegare debet, quia pro leui læsione non datur.

13 Restitutio in integrum principaliter non petitur à procuratore sine speciali mandato, secus si incidenter petatur.

14 Tutor, curator, syndicus & alij qui à lege habent administrationem, absque alio speciali mandato, restitutionem in integrum petere possunt.

15 Restitutione in integrum principaliter petita lis est intra biduum contestanda.

16 Terminus probatorius, in causa restitutionis in integrum principaliter petita, est dierum vtilium decem.

17 Instantia causæ restitutionis in integrum principaliter intentatæ, est dierum vtilium viginti quibus elapsis perimitur.

18 Restitutio incidenter petita, intra dies duodecim vtiles terminari debet, aliàs habetur pro non petita.

19 Re-

19 *Restitutione petita lex inhibet interim innouare, & iudex si ab eo parte citata petatur, inhibere debet, cessante manifesta calumnia.*

20 *Restitutione pendente regulariter exequi non potest. fallit num. 21. 23. 25. 20. & 27.*

24 *Duæ conformes iure isto habent vim trium, & ideo omnes disputationes de iure communi in tribus, habent locum in duabus.*

28 *Pendente causa restitutionis in integrum, si executio fiat per modum attentati, reuocabitur.*

29 *Restitutio in integrum principaliter, intra quadriennium à die grauaminis, quod est ab initio vtile, peti debet.*

30 *Restitutio in integrum aduersus omissam appellati one vel quid tale, an peti debeat intra tantundem tempus, vel intra duadriennium.*

31 *Ecclesia in quocunque casu & termino sit læsa, habet quadriennium ad restitutionem petendam.*

32 *Minor & ecclesia, quantum ad restitutionem in integrũ, pari priuilegio videntur honorati.*

33 *Instantia causæ restitutionis in integrum perempta, an & ius perimatur.*

34 *Instantia causæ restitutionis perempta, per signaturam datur restitutio.*

1
Vi læsus ordinario auxilio destitutus est, is ad extraordinarium restitutionis in integrũ remediũ cõfugere debet; nã illud cũ ordinario non cõcurrit, & vbi adest ordinariũ, cessat. l. in causæ secũda. ff. de mino. vbi oẽs nisi plenius forte ꝑ extraordinariũ ꝓuideretur, vt dicit

Bartol. l.fin. C.si aduerſ. rem iudi.
2 Eſt autem reſtitutio in integrum prioris ſtatus vel iuris vel audientiæ reintegratio l. quod ſi minor.§.reſtitutio.ff.de min. cap.auditis.de reſti.in integ. Alex.c.ex ratione.col. 29. verſ. reſtat. de appel. Pariſ.conſ. 105 n.4.vol. 3.
3 Hic igitur qui ſe læſum ſentit, & reſtitutionē in integrum poſtulat, ordinarium iudicem adire debet,qui reo competens ſit l. fi. C.vbi, & apud quem cognitio.c.cum ex literis, extra eo. tit.Zabarel. Cle. 1. n.13 eo. tit. Vel iudicem delegatum à principe
4 petat,& hoc ſi principaliter reſtitutionem petat:nā ſi incidenter petatur, quilibet iudex, qui de principali cognoſcit,de hac incidēter cognoſcere poterit. l. 1.C.de ordi.iudicio.glo.a.d.l. fi. C.vbi & apud quē de quo omnino per Alex.l.nam poſtea,aliàs incipit, ſi is qui temporali. ſi minor.num. 5. & 6.& ibi Iaſ. n.14.ff.de iure iur. qui declarant & limitant.
Ex hoc tu patrone facile cognoſces, quod hoc remedium principaliter corā Capitaneo appellationum peti non poterit, quia ordinarius non eſt, niſi ad hoc ſpecialiter delegaretur, quia limitatam appellationum & nullitatum habet iuriſdictionem.
5 Prius igitur quàm vlterius progrediamur, opportunū erit cognoſcere quando incidenter, quandoue principaliter reſtitutio petatur: nam nō ſolum hoc neceſſarium erit, vt ſciamus quem iudicem adire debeamus, ſed etiam vt modus procedendi ſit nobis notus, ſi quidem, & à iure communi & à ſtatuto diuerſæ formę pręſcribuntur.
Riccardus de Sal.cuius opin. refert & ſequi videtur Compil.deciſ.Ro.in deciſ.9.aliàs,de reſti.in integ.

teg. 3. in no. distinguebat hoc modo, Aut quis vult petere non solũ vt sententia contra se lata rescindatur, vel aduersus præscriptionẽ restituatur, sed etiam vult quòd sibi aliquid ab aduersario restituatur, quod ab ipso petente, vel per sententiam, vel per cõtractum, vel per præscriptionem est ablatum, & penes aduersarium reperitur; & tunc quia non solum intentat remedium rescindens, sed etiam rescissorium, debet principaliter restitutionem petere, & hoc casu litis contestatio requiritur: Aut vero intentat remedium rescindens tantum, vt quia petit se in integrum restitui aduersus omissam appellationẽ; aut aduersus rem iudicatam, per quam tamen nihil ab eo est ablatum, vel aduersus promissionem, seu obligationem per eundem in aduersarii fauorem factam, vel aduersus aditam hæreditatẽ, & tunc quia nihil abest ab eo quod sit penes aduersarium, dicitur incidenter petita restitutio, & litis contestatio non requiritur, & summarie proceditur: & hãc opinionem sequi videtur Anto. de Butr. in cap. 2. num. 19. & colum. final. extra de offic. iudi. & ibi Felyn. column. penul. versic. limita. Alexandrin. cap. dilecto. in 4. quæst. princ. column. eius quæst. 3. vers. in hac perplexitate, de appella. Hanc etiam distinctionem videtur sensisse Cyn. authen. si omnes. C. si minor. ab hære. absti. licèt in finalibus verbis videatur se remittere ad gloss. in dict. cap. 2. vel potius illam gloss. pro auctoritate allegare: & quod Cynus tenuerit hanc quam retuli opinionem, & non opin. dictæ glo. dicit expresse Bald. authen. si omnes. column. 2. vers. breuiter.

c Alia fuit opinio glo. d. c. 2. vt si quis petat se resti-

tui contra aliquem certum aduersarium, tunc requiratur litis contestatio, si vero petat se restitui aduersus proprium factum, vt est aduersus aditionem hereditatis, tunc non fiat litis contestatio, & per consequens incidenter petita censeatur. d. cap. 2. & dicit
2 Imo. d. c. 2. n. 12. vers. in eadem, quod illam glo. sequuntur communiter legistæ in d. authen. si omnes. & allegat Cyn. d. authen. si omnes. qui vt dixi hoc non dicit, allegat etiam Bart. d. authen. si omnes & l. ne quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. procon. qui se remittit ad nota. per glos. & Cyn. vbi supra. Ipse vero Imol. videtur se inuoluere, & tandem tenet, quòd si partes sint præsentes quando agitur contra certam personam, quòd lis contestetur, & sic principaliter intentatur: si absentes, debeat expectari in actionibus personalibus, quòd labatur terminus per iudicem præfigendus, & in realibus fiat missio in possessionem: & hæc dicit menti tenenda, quia legistæ non perfecte declarant, & ipse fatetur non intellexisse materiam nisi tunc: & cum hac opinione in effectu videtur transire Bald. d. authen. si omnes. col. 2. versic. breuiter. vbi dicit quòd si sint aduersarii certi & præsentes, debet fieri contestatio; si absentes, debet expectari vel prouideri, vt ipse dicit: si vero aduersarii sint incerti, & ipse aduersus suum factum restitui petat, tunc non fit contestatio necessaria, & hanc Bald. opin. dicit veriorem, & eam sequitur Abb. d. cap. 2. num. 9.

Rursus Bal. in addi. ad Spe. in tit. de rest. in integ. ver. restitutio in integrum. potest implorari, dicit, quoties petitur restitutio ad fundandam originem petitionis, dicitur principaliter petita, & cõtestatio requi-

requiritur, quoties vero ad fundandam exceptionem, vel replicationem, tunc dicitur incidenter peti, & contestatio non requiritur: & hęc opinio, si recte aduertatur, est eadem in effectu cum illa Riccard. de Salyceto, quia primo casu petit sibi restitui & tolli impedimentum, secundo vult se tueri ab aduersario petente.

Abbas iterum in cap. suscitata. n. 5. extra de resti. in integr. tenet, quòd principaliter dicatur intētari, quando quis principaliter illam in iudicio deducit, (intelligo suo proprio motu, non abuersario prę-uentus aut impulsus) & tunc siue petat restitutionē aduersus sententiam, quę transiuit in rem iudicatā, siue contra contractum, censeatur principaliter petita, & non distinguit hoc casu vtrum hæc restitutio fiat ad recuperandū quod agens amiserat, & penes aduersarium erat, vel etiam quærat caute ne in futurum amittat, quando vero dicit ipse petitur super aliquo incidenti, lite tandem in iudicio deductà tūc censebitur incidenter petita, & contestatio non erit necessaria Videtur ergo innuere, quòd si aduersarius meus peteret executionē sententię, quæ transiuisset in rem iudicatā, ego vero peterem me restitui in integrum aduersus illam rem iudicatā ex aliquo capite legitimo, quòd restitutio diceretur incidenter intentata eo casu, & hoc idem voluisse videtur Franc. c. ex ratione col. 14. vers. de secundo. extra de appell. pręsupponendo in terminis suis quòd erant deserta fatalia. Bartol. vero d. l. nam postea. §. si minor in princip. vers. ego dico. post glos. ibi videtur velle idem in effectu quod Abb. d. c. suscitata. dicit enim ipse quòd dupliciter restitutionis in inte

grum materia tractari potest, principaliter & incidenter, & vis est in modo proponendi:igitur in terminis.d.§. si minor. dicit ipse, si minor detulerit aduersario, à quo ipse pecuniam petebat iusiurandum, & aduersarius iurauerit se non debere, poterit minori duplici via succurri, vno modo, quia poterit ordinarium competentem iudicem adire, & petere se in integrum restitui, aduersus delatum iusiurādum, & tunc dicetur principaliter intentata: alio modo, quia si aduersarius qui iurauit, instabit pro absolutione, ipse replicabit se ex delatione iuramenti læsū, & sic petet se in integrum coram illo iudice restitui, vt aduersario silentium super exceptione imponatur, & hæc dicetur incidenter petita, & Barto. ibi sequitur Pau. de Cast. col. 1. ver. ex secunda parte nota. & Alex. col. 2. versi. 2. nota. n. 4. qui dicit secūdam partem Bart. idest, illud quod dicit per modum replicationis, restitutionem peti posse quando etiam ab aduersario aliquid petitur, verum esse & procedere in casu illius. §. in quo remanserat obligatio naturalis. sed vbi fuisset extincta ipso iure actio. ipsi minori competens, puta per acceptilationem, aut vsucapionem, tunc omnino esset principaliter restitutio intentanda, quia incidenter peti non posset, & Bart. sequitur ibidem Ias. colum. 2. versi. glo. 1. n. 9. qui dicit quòd cū Bar. transeunt ceteri, & hanc opi. in effectu sequi videtur Cur. Iun. l. 1. n. 92. ff. de iurisd. om. iud licet per verba diuersa.

Ex hoc opi. conflictu duæ principaliores opiniones colliguntur, vna est Riccard. & sequacium, alia Bart. d. §. si minor, & sequaciū, & pro clariori intelligentia sunt considerandi tres casus, prout illos con

siderat

siderat.d. Ant.de But.d.c. fi.n.19. Primus est, quando quis implorat iudicis officium super restitutione, contra aliquem aduersarium, ad hoc vt aliquid sibi detur, vel fiat ab ipso aduersario. Secundus casus est, quando quis implorat dictum officium etiam principaliter, vt vinculum, vel impedimentum remoueatur, non tamen vult aliquid sibi dari, vel fieri ab aduersario. Tertius est casus, quando quis incidēter in iudicio actione super alio principali pendente, se in integrum restitui petit. Vt igitur ad opiniones redeam, Riccardus & sequaces tenuerunt quòd in primo tantum casu necessaria esset litis contestatio, in secundo vero & tertio casu non esset necessaria, & incidenter petita cēsetur. Bart. vero & sequaces tenuerant, tàm in primo, quàm in secundo casu necessariam esse litis contestationem, in tertio vero casu non esse necessariam, sicque respectu primi & tertii casu omnes concordant, respectu vero secundi casus est variatio, nam Riccardus, vt retuli, voluit in dicto secundo casu, litem non esse contestandam. Bart. vero & sui distinguunt, & dicunt quòd isto secundo casu, & principaliter, & incidenter restitutio peti poterit, & vis erit in modo proponēdi: nam si is contra quem lata est sententia, vel qui se aduersario obligauit, vel hereditatē incōsulte adiuit, proprio motu, antequam ab aduersario preueniatur iudicem adeat, & se integrum restitui aduersus præmissa petat, tunc dicetur principaliter restitutio intentari, quod Anto. de But. d. c. fi. num. 19. non negat, & verba hoc sonant: nā hoc principaliter in iudicium deducitur, vt petens restituatur: si verò aduersarius preuenerit, & executionē sententię, vel in-
strumen-

ſtrumẽti, aut legati in teſtamento facti in iudicium petierit,& cõuentus reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam,vel rem iudicatam, aut aduerſus obligationem,aut aditam hæreditatem petat, tunc dicetur incidenter petita, quia in litem incidit hæc reſtitutionis petitio, & hoc caſu litis conteſtatiõ nõ requiretur.& hæc opinio ita diſtinguẽs mihi magis arridet, & credo eam plurium auctoritate fulcitã, nam eam, vt ſupra retuli,tenuit Barto.d.§.ſi minor. Bald.in d.add.ad Spec Abb.d.cap.ſuſcitata,Pau.de Caſt.Alex.&Iaſ.qui teſtantur commu.d.§.ſi minor. & Cur.Iun.d.l. 1.& ab ea,tanquam communi,arbitror recedendum nõ eſſe. tu igitur cauſarum patrone diligenter hæc recole,quia ego multun laboraui antequam intelligerem & in vnum congererem, & ſecundum hanc diſtinctionem ſtatuere voluiſſe, ſatis aperte vidẽtur compilatores ſtatutorum noſtrorum lib. 1. cap. 50.

His igitur cognitis,qui reſtitutionem principaliter petere vult, ſuam formabit petitionem, in qua narrabit læſionem,& cauſam, ſeu cauſas exprimet ex quibus reſtitutionem ſe mereri prætendit, & deſuper iudicis officium implorabit, cuius forma hæc fere eſſe poterit.

6 Coram vobis Illuſtr. Senatore comparet procurator & eo nomine Caſſii Longini contra,& aduerſus Titium Vulturtium dicens, & exponens non in modum ſolemnis libelli,niſi ſi & quateuus opus ſit, ſed qualis qualis petitionis & facti narrationis, q? alias de preterito anno ipſeCaſſius principalis ſuus, cum eſſet minor annorum viginti,conuentus in iudicio coram d. primo Collaterali à præfato Titio aduer-

aduersario, super vendicatione prædii Formiani, ipse minor sententiam contra se reportauit, quæ in rem transiuisse dicitur iudicatã, cuius sententiæ vigore aduersarius præfatus in possessionem dicti prædii missus fuit in graue damnum & præiudicium dicti sui principalis, ad quem iure dominii, vel quasi dictũ prædium spectat, & pertinet, prout suis loco, & tempore docere paratus est. Quare procurator prædictus petit, dictum principalem suum minorem, & enormissime læsum, aduersus dictam rem iudicatã in integrum restitui: & cognito de bono iure ipsius principalis sui super dicto prædio dictum aduersarium ad illius relaxationem, fructuumque indebite perceptorum, & percipiendorum, restitutionem condemnandum fore & esse, & condemnari, condemnatumq; iuris remediis opportunis ad id faciendum, cogi & compelli, dictoque suo principali ius & iustitiam ministrari, non solum prædicto, sed etiam omni alio meliori modo officium vestrum misericorditer desuper implorando.

7 Si vero incidenter restitutionem petere voluerit, forma hæc erit.

Coram vobis, &c. narrans quòd pendẽte lite inter prefatam principalem suum minorem ex vna, & predictum aduersarium ex alia de & super, &c. dilationes statutariȩ prȩfixȩ & lapsȩ fuerunt, propter quas prȩfatus principalis suus à facultate probandi & iustificandi suam intentionẽ, siue exceptionem (si reus sit) exclusus dicitur, quare eum ex prȩdictis enormiter sit lȩsus, cum suas habeat in promptu probationes releuantes, suam intentionẽ iustificantes, petit dictum suum principalem aduersus

lapsum

lapſum termini prædicti, & omiſſas probationes in integrum reſtitui, ad hoc vt ſuas probationes facere poſſit, dictoque ſui principali, &c.

8 Sed ſi maiores ſint qui in integrum ſe reſtitui petent poſt allegationem cauſarũ, in concluſione adiicient clauſulam illam, etiam ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe videbitur, de quibus in toto titulo. ff. ex quibus cauſis maiores in integrum reſtit. ſicque ex variis cauſarum figuris libellum cautus patronus formare poterit.

9 Cauſam autem, per quam reſtitutionem in integrũ clienti deberi putat, allegare non omittet, quoniam illa omnino requiritur, quæ etiam antequam ad vlteriora procedatur, præſertim ſi principaliter reſtitutio petatur, diſcutienda eſt: ſi quidem qui in-
10 colorate ſe reſtitui petit, audiendus non eſt. dict. l. nam poſtea. §. ſi minor. ff. de iure iuran. & ibi Bart. Paul. Alex. & Iaſ. Spec. de reſtit. in integr. §. qualiter. n. 2. Ang. l. 1. nu. 3. ff. de integr. reſti. Rota de reſt. in integr. pri. aliàs, 2. & eo. tit. 5. aliàs, 77. in no. de quo
11 tamen vide omnino Iaſ. d. §. ſi minor. n. 19. quia diſcrepantia eſt inter Iuriſtas & Canoniſtas, nam Iuriſtæ, vt ipſe ibi dicit, tenent ſufficere ſummarie docere de cauſa, vt quis admittatur, licet in concedenda maturior cauſæ cognitio adhibenda ſit, vt dicit Zabarel. d. cle. pri. de reſti. in integr. quæſt. 20. quo in loco de mente Pauli de Eleazar. & Math. dicit, quod ſi incidenter pendente iudicio læſio cauſetur, tunc ſufficit læſionem allegare, & hoc ſequitur Afflict. deciſ. 114. in ſententia quæ diligenter obſerua. de qua re infra verbo, ex his.

12 Eſt etiam enormis læſio allegãda, & deducẽda, ſiqui-

si quidem pro leui, restitutio dari non debet. Abba. c.cum ex literis. in primo nota. extra eo.tit.de resti. in integr.
13 Illud quoque animaduertendũ ante omnia erit, quòd in petenda in integrũ restitutione incidenter, sufficit generale mãdatum, quod habebat procurator in causa, est in principaliter intentanda, speciale mandatum requiritur. l.illud.§ fin.ff.de minor. vbi omnes. Ias.l. præses. nu.7.C.de transact. Abb.& ceteri, d.c.suscitata.extra de resti. in integ. quem Abb. videas omnino, nu. 6. qui declarat prædicta procedere in procuratore, non autem in tutore, curatore,
14 vel syndico, aut simili, qui à lege habent administrationem, quod nota.
15 Postquam igitur patronus libellum parte citata porrexit, si ordinaria erit causa, per ipsum intentata processum prosequetur, prout in causis ordinariis. d.lib. 1.cap.50. nam illud quod olim erat statutum vt lis intra biduum contestetur, vt quid inutile sublatum est.
16 Ex his apparet quòd ex forma huius statuti erit adhibenda ea causæ cognitio præambula, quæ de iure adhiberi consueuit, de qua dixi supra prox.vers. causam, licèt aliàs in terminis antiqui statuti crediderim adhibendum non fuisse, quia cum illa non adhibeatur post litis contestationem, vt dicit Rota de resti. in integ. 7. aliàs, 191. in no.& impossibile esset, vt intra biduum adhiberetur, immo intra vnum tantum diem, cum in biduo litis contestatio fieri debet ad l. 1.§. biduum. cum nota ff. quando appellandum sit censetur à statuto de necessitate exclusa.
17 Facta igitur litis cõtestatione, tã actor suã intẽtionem,

nem, quàm reus suam exceptionem, intra decē dies vtiles probare tenētur, quibus elapsis iudex causam expedire tenetur, intra communem instantiam.

18 Ast si incidenter restitutio fuerit petita, procurabit petentis patronus, vt causa intra dies decem vtiles terminetur; alioqui hoc remedio destitutus, iudex ad vlteriora in causa principali, in qua restitutio est petita, procedet, ac si petita non fuisset, quem terminum Iudex ad alios quinque dies vtiles prorogare poterit, & inhibere ne his temporibus pendentibus innouetur.

Ex istis duobus statutis, clare colligitur statuentes in hac nona compilatione intellexisse principaliter, & incidenter restitutionem peti, iuxta distinctionem Barto.d.l.nam postea.§.si minor.quam supra dixi communem,

19 Qui libellum restitutionis producunt parti aduersæ inhiberi, ne interim innouare audeat ipsa citata procurant, quæ inhibitio ad cautelam petita deneganda non est; quia ius inhibet nisi in manifesta calumnia si petens, vt statim prosequar.

20 Est igitur quæstionis, nunquid pendēte causa restitutionis in integrum, sileat negotium principale, ita quod exequi non possit? & dicendum est regulariter executionem suspendi l.vnica.C.in integ.resti.postu.nihil no.Cano. cap.suscitata.& præsertim Abb. nu.8. extra de resti. in integ. & est communis opinio legislatum, vt dicit Alex.l 4.§.condemnatū, nu.26.& ibi Ias.num. pariter 26. & Rip. n. 30. ff.de re iudi. Vitalis Gamba.in tract clausu. in clausu.nil noua.in integ.resti.penden. Afflict. decis. 356. fuit dubitatum, Paris.consi. 100.nu.80.& seq. vol.1.

Quæ

21 Quæ regula limitatur primo, non habere locum, vbi latæ essent tres sententiæ confomes: quoniam eo casu per restitutionem in integrum petitam non impediretur executio. Bald.l. 1.ad fi.C.ne liceat tertio prouoca. Alex.d.l.4. §. condemnatum. num. 27. Paris.consi. 109.nu.17.vol.4. & pro hac videtur esse Rotæ deci.2. alias,de resti. in integr. 1.in no.Contrariam sententiam tenuit Lauden. Doctor. antiq. quem refert Zabba.d.cle vt calum.quæst.23.& hos sequitur Milis,qui late disputat in suo rep. in verb. executio trium sententiarum.Saly. qui reprobat dictum Bald.in d.l.1.C.ne liceat ter.prouoca.in fin.& cum hac videtur transire Ripus. d.§. condemnatū. nu.31.Rota autem tempore Staphi. vt ipse dicit de resti.in integ.decis.1.modo tenuit vnam,modo aliā opi.ipse tamen Staphi. tenet cum Saly.cum hoc tēperamēto, videlicet quòd vel ex antiquis, vel ex nouis aliquid demonstretur, per petentem restitutionem, quòd excludat præsumptionem calumniæ, & hæc fuit etiam intentio Rotæ. d.decis. 1. in no. de resti.in integ.et ita etiam ex prædictis, ut arbitror, rationibus, Rota tēporibus nostris diuersimode iudicauit,dicit Pauazzo.in addi. ad dictam decis. primam,de restit in integ. statutum uero.d.cap.50.determinat, quòd si restitutio petatur aduersus duas conformes executione iam cæpta, seu etiam petita inhibeatur, et inhibitum esse censeatur sine præiudicio duarum conformium & rei iudicatæ.

23 Hæc limitatio, ut executio etiam trium sententiarū impediatur, rursus sublimitatur circunscripto etiam statuto a iure comm. & declaratur procedere in restitutione in integrū principaliter petita, si

is qui

is qui eam petit, præuenerit executionem; alioqui si aduersarius prius exucutionem cæpisset, quàm resti tutio fuisset petita, tunc non inpersederetur in executione. Alex. consi. 62. nu. 4. & 5. consi. 223. num. 6. vol. 6 allegat Bald. l. fin. in 2. col. C. si ex fals. instr.
24 Et vnũ notabis tu patrone, quòd ea omnia quæ dicuntur de iure communi vendicare sibi locum in tribus conformibus, locum habẽt in statuto nostro, per quod duæ conforme, habent vim trium, vt dicit Paris. consi. 108. n. 15. vol. 4. post Bald. l. fin. col. fi. vers. sed nunquid. C. de senten. & inter. omni. iudi.
25 Secundo principaliter limitatur regula, vt nõ habeat locum, si petatur restitutio aduersus sentẽtiam principis, quia tunc executio non impedietur. Ias. d. l. 4 § condemnatum n. 28. & ibi Rip. num. 30. ff. de re iudi. Ruy. consi. 59. n. 9. vol. 5.
26 Tertio limitatur, vt executio nõ impedietur quãdo esset præsumptio calũniæ contra petentẽ, iuxta clem. vt calum. de re iudi. quoniã eo casu data cautio ie de restit. iuxta formã dictæ clem. executio fiet. Abb d. c. suscitata. num 8. Alex. d. c. ex rõne col. 30. vers. si autẽ manifeste de appella. Imol. d. c. suscitata. col. pen. vers. vel secundũ, qui dicit cõmu. Ias d. §. cõdemnatũ. n. 27. & Rip. ibi. num. 30. Afflic. decis. 356. fuit dubitatũ ad fi. & hoc casu nihil statut. disponit.
27 Sed hos omnes casus in quibus executionem fieri posse non obstante petitione restitutionis in integrum dixi, sublimitantur, siue declarantur procedere, vbi executio esset retractabilis, & per cautionem posset esse consultũ: ceterum aũt vbi per cautionem succurri non posset, vt si de vita hominis, vel carceratione tractaretur, executio supersedetur. Abb. d. c. susci-

suscitata num. 8. Alexandrin. d. c. ex ratione col. 30. in fi. faciūt quæ supra dixi dum de nullitate tractarem in limitatione huic simili, versic. secundo limitatur quando.

28 Ceterum sciet patronus, quod si pendente restitutione exequatur, presertim post à iudice emanatam inhibitionem, etiam si ea inhibitio esset cum clausula prout de iure, antequam declaretur locū esse executioni, vel præstetur cautio, secundum causarum naturam & facti contingentiam, vt supra dixi, executio & inde secuta omnia per modum attentati reuocabuntur. Abb. d. c. suscitata. num. 9. quem ibi sequuntur ceteri. Alexādrin. d. cap. ex ratione. colum. 30. versi. & si pēdente. Quod est verum & procedit, si restitutio ante executionem esset petita, alioqui si cū restitutio petitur executio facta reperiretur, non retractabitur, vt dicit Abbas vbi supra, quòd declarat statutum prædictum. c. 50.

29 Hoc beneficium intra quadriennium, a die illati grauaminis, vel postquam minor factus est maior, impetrari, & expediri debet, alioqui petens excludetur ab eo. l. fi. C. de tempo. in integ. resti. cum ibi no. Clem. 1. & ibi glo. de rest. in integ. Quod quadriennium est ab initio vtile, idest non incipit nisi a die scientiæ ignoranti, a die redditus absenti, a die quo maior factus fuerit minor, vt late prosequitur Dec. qui alios refert quos videre poteris consi. 436. nu. 9. Balb. in tracta. prescrip. in pri. par. 6. par. prin. num 28. versi. notandum. Postquam autem cœptum est quadriennium, tunc est continuū, & currit sine intermissione, vt dicunt Docto. in locis proxime relatis.

V Sed

30. Sed hæc de plano procedunt, quando læsio causatur, vel ex contractu, vel ex sententia, vel ex cursu maioris temporis, quam sit quadriennium, difficultas stat quid si quis sit læsius, ex cursu minoris temporis, puta, vel quia non appellauit intra octo dies statutarios, vel non repręsentauit appellationem intra quinque, vel non fecit depositum intra triduum aut intra sex menses causam appellationis expediri non curauit, nunquid dabitur integrum quadriennium, vel tantundem temporis, à die cessantis impedimenti, quantum est illud in quo actus expediri debuit? 31 Et quidem in ecclesia est expeditum, vt sit quadriennium. d. clem. 1. ast. in ceteris res adhuc controuertitur. Balb. in d. tract. præscrip. in pri. par. 6. par. princ dicit commu. legistarum op. quod restitutio peti debeat intra tantum tempus, quantum est læsio, idest, si læsus est in tempore ad appellandum, peti debeat intra octo dies, si ad repræsentandum, intra quinque, & sic de reliquis, quibus elapsis postquam impedimentum vt dixi cessauit, amplius peti non possit, licet, postquam restitutio est petita, facultas prosequendi & expediendi quadriennio duret de iure communi. Afflic. vero decis. 175. vniuersitas, dicit quòd quadriennium est vniforme in omnibus causis, & enumerat Doct. qui hanc opi tenuerunt, & dicit commu. & pro ea in consilio Neapo. fuisse iudicatum, & quantum mihi videre licuit hęc est magis cōmunis, pręsertim cum minores & ecclesiæ sint in hoc pari priuilegio honorati, adeo quod dispositum in vno, in alio dispositum censeatur, & quia cum esset iure ciuili dubium, decisum fuit iure canonico, & ex aliis rationibus, quæ per doct. allegatos

tos

tos per Afflictum deducuntur, quas hic referre non curaui.ne vltra mihi præscriptum finem vagaret.
33 Sed quid si instantia causæ restitutionis de qua tractamus principaliter, aut incidenter petitæ, peri matur, nunquid & ius petendi restitutionem perem ptum esse censeatur? & quidem constat si iudex expresse restitutionem reiecisset, vlterius peti nō posse.l.1.& fi.C.si sæpius in integ resti.postu.cap fi.extra eo.titulo de resti.in integ.quia appellare debuit, is cui expresse denegata fuit.dicto cap.fin.& hoc de plano procedit, nisi minor se restitu. in integrū aduersus omissam appellationem ab ista denegata restitutione petat, vt d.l.1.& fi.& d.cap.fin. Vel nisi ex noua causa, quæ non fuisset in primo iudicio introducta, vt l.2.C.si sæpius in integ. rest.postu.Dec. d.
34 consi. 436.nu.6. Sed quando lapsa est instantia, tūc poterit iterum peti, vt ipsa instātia absque causę cognitione restituatur per signaturam; quæ hoc passim concedere consueuit: quod quamuis sit gratiosum, vt patet ex allegatis per Capic.in decis.statim allegande, tamen quia indistincte concedi solet, nō est reputandum impossibile, Castren.l.continuus.§. cum quis.nu.5 ff.de verb.obli. Alex.& ceteri.l.apud Iulianum.§.fi.de leg.1.Dec.l.ea quæ raro ad fin.ff. de reg.iur.& ideo a principe nō denegatur.Capi.in decis. Regni Neap. 165. in causa domini comitis, quinimo credo quòd hoc casu posset peti incidēter restitutio, aduersus huius instantiæ lapsum, coram iudice, qui de causa cognoscit, & esset concedenda, arg. l. & si sine. §. restitutus. ff. de mino.

Hæc circa statutum nostrū dixisse sat est, ceterū. si quis amplius de casibus restitutionem merenti-

bus, aut nõ,& de libellandi excipiendi & articulan di forma scire cupit, videat Roffredum hoc eodem titulo, & Spec. isto met titulo. in quarto libro per Docto.c.tam ex literis.extra eo.tit. per Alexandrin. & alios d.c.ex ratione col. 29.de appella.per Rotam eo. tit.innouis & antiquis,ac antiquissimis Bisgneti & per Ias. insti.de actio. §. rursus. in quibus locis de materia abunde tractatur.

LIBER OCTAVVS.

De executione rei iudicatæ. Cap. I.

1 *Sententias obtinere non proficeret, nisi debitæ executioni demandarentur.*

2 *Res iudicata dicitur, quando amplius appellari non potest.*

3 *Executio rei iudicatæ iure communi & isto, duplici via peti potest.*

4 *Executionem rei iudicatæ habere cupiens, quid facere debeat.*

5 *Executio sententiæ cuiusuis ordinarij etiam si extra vrbem sit lata, iure isto peti potest.*

6 *Sententia sine actis, an & quando sufficiat, pro petenda illius executione.*

7 *Sententia quando dicatur antiqua.*

8 *Laudum meretur eandem executionem quam sententia.*

9 *Executio rei iudicatæ, actione iudicati intentata, habet instantiam annalem.*

Appel-

10 *Appellare licet à decreto de exequendo sententiam, actione iudicata intentata.*

11 *Executio rei iudicatæ, intentato iudicis officio, petitur coram eodem iudice, qui sententiam tulit, vel confirmauit.*

12 *Executio rei iudicatæ iudicis officio, an & quando coram iudice a quo, vel ad quem, peti possit & debeat, & num. 13. & 14.*

15 *Appellatione deserta, quis iudex sententiam exequatur.*

16 *Appellatione deserta per lapsum fatalium, an requiratur iudicis ad quem declaratio.*

17 *Appellatione deserta per iudicem ad quem declarata fides coram iudice a quo & parte citata produci debet.*

18 *Appellationi si renuncietur coram iudice ad quem, quis iudex exequatur.*

1 SED quoniam parum esset sententias obtinere nisi eæ, debitæ executioni demandarentur, vt dicit glos. rub. C. de exec. rei iud. necessario de ea tractandum erit: dicitur autem res iudicata quando iam amplius appellari non potest. glo. l. 1. ff. de re iud.

2 Verum quia tres sunt modi per me supra traditi, quibus ex forma nostrorum statutorum, quod nostrum est, vel nobis debitum consequimur, videlicet ordinarie, executiue, & summarie, igitur de modo exequendi singulis casibus tradere libet, vt ex distincta traditione res plenius intelligatur.

3 Ante tamen quàm ad prædicta descendam, scien-

dum est, quòd & supra titulo de executione senten-tiarum explicui rei iudicatæ executionem iure com muni duplici via peti posse: vna videlicet, vt adeatur iudex ordinarius & coram eo sententia exhibeatur & petatur, vt ipsa executioni demandetur, & hic a-ctionem iudicati intentare dicitur: alia quòd implo-retur officium iudicis, qui sententiam tulit super sen tentiæ ab eo latæ executione.

De vtraque loquitur statutum lib. 1. cap. 87. & est iuri communi consonum ad Bar. Alex. Ias. & Rip. l. intra dies. ff. de re iud. Alex. l. à diuo pio in prin. nu. 21. illo eo tit. Pely. cap. pastoralis. §. præterea. versi. gl. in ver. discussa de offi. deleg.

4 Qui igitur actione iudicati executionem senten-tiæ definitiuę, vel laudi, aut arbitramenti, aut senten tiæ arbitrorum habere vult, is ex suprascripto statu-to & ex sententia Doctorum proximè relatorū, con parere debet coram iudice ordinario (& si sit idem qui sententiam tulit non coram eo tanquam is qui sententiam tulit, sed tanquam ordinario) debetque coram ipso ordinario suam sententiam parte ad id legitime citata. l. de vnoquoq; cum concor. ff. de re iud. exhibere, iuxta formam supra traditam in pro-ductione instrumenti, cuius petitur executio, illam-que executioni debitæ demandari petere debet, & tunc iudex, ex statuto prædicto mādare debet victo, vt intra octo dies det, faciat soluat, & impleat, quod in ipsa sententia continetur, quod mandatum in scriptis fit, & de parendo appellatur, de quo infra tit. proximo. versi. commissum. quibus elapsis, si non impleuerit quæ in sententia continentur, vel legiti-mam exceptionem opposuerit, vt infra dicetur, re-

laxabitur

laxabitur ipso pariter citato contra eundem mandatum executiuum, reale & personale, vt statutum prędictum aperit, & ad executionem vt infra dicetur, procedetur.

Dies de quibus loquitur statutum prædictum, & qui in suprascripto mandato continentur, continui intelliguntur, ex statuto lib. 1. cap. 197. versicul. dierum.

Et secundum prædicta poterit peti executio cuiuscunque sententiæ latę a quo vis ordinario, etiam extra vrbem, vt late dicunt Doct. d. l. à diuo. §. sententiam. ff. de re iud.

Sed hic dubitar i contingit, nunquid sufficiat sola sententiæ exhibitio absque actis, an etiam actorum productio requiratur? & quidem communis conclusio est Doctorum, quòd in antiquis acta non requirantur, & sola sententia plene probet, de qua per Grāma. decis. 24. Andreas de Maxo & per Aymon. Grauettam, qui latissime disputat in tract. de antiq. temp. par. 2. a principio vsque ad finem. num. 8. post Cano. cap. quoniam contra. de proba. & aliis locis de quibus latissime per eos, & hoc siue in sententia enuntientur acta, siue solemnitates in specie, siue in genere, siue sententia sit dicta contra præsentem, vel absentem, siue contra contumacem verum vel fictum. 8

Solum stat difficultas quādo censeatur antiqua, nā aliqui tenuere de decennio, alii de biennio, quos refert Grāma. d. dicta decis. nu. 5. alii de viginti annis, alii de triginta, cōmunis opinio est quòd relinquatur arbitrio iudicis, qui pensata negotii & partium, ac iudicis qui sententiam tulit, qualitate, quāta fue-

rit fides adhibenda, & vtrum factum esse antiquum sibi videatur, statuet, præterquam in annis triginta, in quibus omnes citra distinctionem concurrunt, vt idem Aymo dicit d. par. 2. num. 20. quos omnes refert Menoch. de arbitrio iudi. lib. 11. in 4. casu ad hos igitur recurres, quia multas & quidem notabiles quæstiones disputant, & Aymo limitationes cõclusionibus adaptat, quas hic breuitatis causa referre omitto: vnum tamen admoneo, vt si sententiá antiqua quæ sine actis, vt dixi, probat, producatur. Patronus rei procuret acta repetiri, ad hoc vt eis rimatis perspicere possit si aliquod vitium in sentẽtia sit: sciet enim quod tunc præsumptio pro sententia cessabit, si acta contra præsumptionem ex sententia resultantem apparebunt, vt ipse Aymo dicit, vbi supra.

8 Hæc quæ de sententiis dicta sunt, & de laudis intelligenda erunt, vt dicit & late prosequitur Fely. d. c. quoniam contra. versic. sexta conclu. num. 37. & clare disponit statutum prædictum.

9 Qui hac via sententiæ executionẽ petit, animaduertere debet ad instantiam, nam licet hoc sequenti casu nulla instantia per statutum detur, quod tamen erit instantia eadem quæ est causarum ciuiliũ, nempe biennalis, vt dicit Papien. de for. executio. senten. in re ali. versi. faciendo eum ire. num. 3.

10 Ab hoc decreto de exequendo, seu mandati relaxatione appellari poterit. Bart. & Saly. l. ab executione. C. quorum app. non reci. & ex statuto lib. 1. cap. 171. licet ab executionibus facti appellari nõ possit, vt dicitur, d. l. ab excutione, & in statuto prædicto ideò procurator appellationem non omittet, quam

scit formari oportere in scriptis, & cum causæ expressione, aliàs iudex posset eam non admittere, ita putauit Salycetus, d.l. ab executione, nu. 3. ad fi. quod arbitror valde notandum, nec obliuiscatur causę patronus, quòd his casibus depositum est faciendum intra triduum iuxta formulam præscriptam a statuto lib. 1. cap. 171.

11 Alius & magis frequens est modus petendi executionem sententiæ iudicis officio, coram ipso iudice qui eam protulit, vel confirmauit, & tunc vt sciamus quis sit iudex competens huic executioni faciē dæ, distinguendi sunt quatuor casus, primus est quādo non est a sententia appellatū: secundus est quando est appellatum, & prima sentētia fuit cōfirmata, vel infirmata: tertius quādo fuit appellatio deserta, vel ipsa appellatio reiecta: quartus quando renuntiatum fuit appellationi per appellantem.

12 De primo igitur casu, quando non est appellatū, iudex qui sentētiam tulit ipse suam sententiam exequetur, ex mente statuti d.lib. 1. cap 87. cap. Romana §. contrahentes. de foro compe. lib. 6. per Alex. d. l. à diuo pio. in prin. nu. 21. nec hic cadere potest aliqua difficultas, cum ista statutarii iudices sint ordinarii, ceterum si essent delegati, recurrendum est ad nota. per Doct. d.l. à diuo pio. in prin. &c. pastoralis §. præterea. de offi. deleg.

13 Secundo casu, quando est appellatum, & sententia confirmata, vel infirmata, aut reformata, iudex qui de appellatione cognouit, ipse exequi potest, ex dicto statuto lib. 1. cap. 87. præcipimus, & ibi Barto. C. de appella. per Barto. d.l. à diuo pio. in prin. num. 15. & hęc est communis opinio, vt ibi dicit Alexan.

nu.

num.20. & ibi sequuntur ceteri per Francum. c. ex ratione.col.28.versic.6.quæro de appell.per Fely.d. cap.pastoralis.§.præterea circa med.de offi.deleg.& hæc est,vt dixi, communis opinio, quidquid teneat Zabarel.in cle.vt calumniis.in fin.prin.de re iud. & Staphi.de literis iusti.cap. 148.secundum primã impress.versi.præterea qui confirmat.

15 Tertio casu,quando appellatio fuit deserta,vel à iudice ex causa rationabili reiecta,iure cõmuni executio spectat ad primum iudicẽ, quia ex prima sententia oritur actio.l. fi. §. illud. ibi tanquam scilicet ab initio C.de temp.appella. & l.si contra C. de appella.Bart d.l.à diuo pio.in princ.num 15.Alex.ibi, nu.22. Ias. nu.26. Philipp. Franc.d.cap.ex ratione. colum.28. versi. 6.quæro de appel. Fely. d. cap. pastoralis §.præterea.de offi. deleg. Quinimo Frãcus, vbi supra, ampliat hoc etiã procedere, si iudex pronũtiasset appellationem desertam, & sententiam expresse confirmasset,quia postquam appellatio est deserta,superuacuo confirmatur à iudice, cum sit à lege confirmata, allegat Bal. hoc singulariter tenẽtem in l.penul. in.fi.C. quorum appell. non recipiũtur.sed contra hoc tenere videtur Fely. cap. ex parte.li.2.colum.5.vers.addatis multa.extra de rescrip. qui nullam,nec de Baldo,nec de Franco facit mentionem.

16 Sed hic cadit dubitatio nunquid eo casu quo appellatio per lapsum fatalium remanet deserta,requiratur iudicis ad quem declaratio, ad hoc vt iudex à quo iurisdictionem reassumat, an ipse iudex a quo sine aliqua declaratione,& certioratione iudicis ad quem, ad executionem procedere possit, & hæc est

quidem

quidem satis intricata quæstio, tamen communis opinio est quòd nõ requiritur necessario declaratio iudicis ad quem, sed iudex à quo, lapsis fatalibus, parte tamen citata, suam sententiam exequi potest. Philip.Franc.d.cap.ex ratione.col. antepenul.versi. septimo & vltimo,& ibi Alexandri.colum.18.versi. circa primam,& colum.21.versic. 6.est quæstio. de appell. quidquid tenuerit Barto. l.eos num. 8.C: de appella.Fely.latiss.c.ex parte.secũdo col.5.versi. & ideo petens.extra de rescrip.quod etiam aliqualiter innuere videtur statutum prædictum.87.consilium tamen est,cum maxime hodie permittatur appella tio certo modo per statutum cap. 176. vt pronũtietur deserta per iudicem ad quem,tum propter inhibitionem ab eo emanatum,vt dicit Francus,vbi supra,tum etiam quia appellans citatus posset compa rere coram iudice ad quem; & petere coram eo restitutionem in integrum,aduersus lapsum fatalium si aliqua sibi iusta competeret excusatio, & si illam obtineret,non posset procedi in negotio principali, vt supra de restitutione in integrũ dixi, & executio si fieret per modum attentati reuocaretur, vt aduertunt prædicti Docto. qui prædicta diffuse tractant, præsertim Felyn.qui examinat per tres columnas: ideo minime immutandum censeo quod certam interpretationem in hoc foro recepit,idest,vt instã tia deserta pronuntietur per iudicem ad quem,vt supra dixi dum de appellatione tractaui.

Scio etiam aliquando fuisse tentatum citari appellantem coram iudice a quo, ad docendum de appellatione,& illius legitima prosecutione, vel dicẽdum causam quare sententia contra ipsum lata,quę

in rem

in rem trāsiuit iudicatam, propter lapsum fatalium exequi nō debeat. iuxta tradita per Fely. vbi supra. sed hæc cautela sola iudicis appellationis inhibitione tollitur, vt dicit Franc. d.c. ex ratione. col. pen. & maior fit circuitus, sed vtraque praxis bona est.

17 Hoc igitur casu postquam fuerit desertio per iudicem ad quem. iuxta frequentiorem curiæ stylum declarata, si ab hac pronuntia non fuerit appellatū, quod permittitur certo modo vt paulo ante dixi, patronus sibi fidem fieri à Notario iudicis ad quem, curabit, quam citato aduersario, vt in productione iurium dixi in ordinariis, coram primo iudice producet, qui ex tunc ad executionem, vt infra dicetur, deueniet: citatio autem in hac productione erit necessaria, tum ex regula generali. l. de vnoquoque. ff. de re iud. cum ex dictis Fely. d. cap. ex parte, colum. 5. versi. declara & col. 6. versi. concludendum.

18 Quarto casu, quando est appellationi renuucia tū, quamuis Bart d. l. a diuo. in princ. ff. de re iud. tenuit per vtrumque iudicem exequi posse, tamen communis opinio est in contrarium, vt solus iudex primus exequi possit. Alex. d. l. a diuo. in princ. num. 22. Ias. num. 25. versi. tertius casus. Fely. d. cap. pastoralis §. præterea. versi. tertius casus. de offi. deleg. & hoc verum, si simpliciter appellationi renuntietur, sed si is qui appellationi renuntiauit, promisisset vel sententiæ parere vel certam pœnā soluere, coram iudice ad quem, tunc etiam iudex ad quem, illam confessionem exequi posset, & hoc casu opin. Bartol. procedere posset, vt declarāt Alexan. Ias. & Felyn. vbi supra.

Ex pręmissis cognitum restat, vt arbitror quis iudex

dex quoquo casu pro sententiæ executione adeundus sit, nunc de forma tractandum erit.

De executione rei iudicatæ in ordinarijs. Cap. II.

1 *Executio rei iudicatę in ordinarijs, iudicis officio petitur, vt hic.*
2 *Forma mandati de parendo sententiæ in ordinarijs.*
3 *Inter sententiam & executionem, aliquod temporis spatium intercedere debet.*
4 *Exceptiones quæ per reum contra sententiam cuius executio petitur, opponi possunt in ordinarijs. & nume. 7.*
5 *Exceptiones quę ante sententiam fuerunt cognitæ & reiectę, executioni opponi nōn possunt.*
6 *Cautela ad excludendum reum, vt in executione non possit, etiam epponi permissas exceptiones, opponere.*
8 *Forma citationis in relaxatione mandati, pro executione sententiæ in ordinarijs.*
9 *Citatio an & quando in relaxatione mandati pro sententię executione necessaria sit.*
10 *Executio iuris ordine seruato quo modo fieri debeat.*
11 *Ordo iuris in executione si confundatur, an detur appellatio.*
12 *Captura personalis quo in loco, secundum iuris ordinem fieri debeat.*
13 *Executio rei iudicatæ in ordinarijs, ex statuto fieri potest iuris ordine non seruato, & est electio creditoris.*
14 *Forma mandati executiui, virtute rei iudicatæ, & man-*

mandato de parendo præuio, relaxati.

15 Appellare non licet ab executionibus facti & capturis personalibus.

16 Mandatum relaxatum à iudice, officio vel vita functo, an exequi possit.

17 Mandatum relaxatum contra viuentem, an exequi possit eo defuncto, contra hæredes non citatos.

18 Executio rei iudicatę in quibus bonis fieri non possit.

19 Executio rei iudicatę contra minores, eodem modo fit quo contra maiores, prętérquam in casu de quo hic.

20 Executio si facta sit super bonis, quę non sint debitoris, quid illorum dominus facere debeat, vt illa recuperet.

21 Onus probandi bona non esse debitoris incumbit dicenti.

22 Executori volenti facere executionem in bonis per tertium possessis, cum generali mandato tertius resistere potest.

23 Executor potest exequi super bonis per debitorem possessis, licet tertius illa sua esse asserat.

Fallit si ex facie bonorum appareat, non esse debitoris vt hic. nu. 23.

Mulier dans bona sua pignori pro alio, non minus iuuatur velleiano, quàm si fideiubeat, modò non decipiat. ibid.

24 Venditio pignorum tam mobilium quam immobilium, quo ordine fieri debeat.

25 Pignora in causam iudicati capta, venduntur vt hic.

26 Immobilia executioni capta, debent vendi seruata forma de qua hic, qua non seruata ad vnguem, irrita remanet. & nu. 27. & 28.

30 Ex-

30 *Extimari debet res subhastanda, vt sciatur an licitatores iusti sint. num. 32. 33. 48.*

31 *Periti non debent ad æstimandum accedere, nisi parte pro illa die & hora vocata.*

33 *Forma edicti promulgandi per præconem, ante licitationem immobilium.*

34 *Terminus ad offerendum licitatoribus, est dierum octo in bonis maiorum, in bonis vero minorum dierum viginti. & num. 35.*

36 *Minor & similes, aduersus lapsum termini in licitationis præconio appositi, si eorum intersit, restitui debent.*

37 *Actus nullus non impedit quo minus fieri possit validus.*

38 *Termino ad licitandum lapso, si nullus compareat, an & alius dari possit.*

39 *Secundo plus licitante, an primus liberetur.*

40 *Licitatore secundo non apparente, seu cessante, an primus in obligationem reincidat.*

41 *Licitator suppositus, vt alium ad carius licitandum incitet, punitur crimine stellionatus.*

42 *Licitatoribus pluribus in idem concurrentibus primus præfertur.*

43 *Licitator primus à secundo exclusus, poterit & ipse plus licitando illum superare.*

44 *Creditor ad licitandum admittitur.*

45 *Emptorem non reperiri, & iniustum reperire, à pari procedunt.*

47 *Iustum pretium in licitationibus, quod esse dicatur iure communi, & quod iure isto.*

48 *Debitor de euictione pignoris aut hypothecæ licitatis, perinde ac si ipse vendidisset, tenetur.*

49 Em-

dum est, quòd & supra titulo de executione sententiarum explicui rei iudicatæ executionem iure communi duplici via peti posse: vna videlicet, vt adeatur iudex ordinarius & coram eo sententia exhibeatur & petatur, vt ipsa executioni demandetur, & hic actionem iudicati intentare dicitur: alia quòd imploretur officium iudicis, qui sententiam tulit super sententiæ ab eo latæ executione.

De vtraque loquitur statutum lib. 1. cap. 87. & est iuri communi consonum ad Bar. Alex. Ias. & Rip. l. intra dies. ff. de re iud. Alex. l. à diuo pio in prin. nu. 21. illo eo tit. Felyn. cap. pastoralis. §. præterea. versi. gl. in ver. discussa de offi. deleg.

4 Qui igitur actione iudicati executionem sententiæ definitiuę, vel laudi, aut arbitramenti, aut sententiæ arbitrorum habere vult, is ex suprascripto statuto & ex sententia Doctorum proxime relatorū, comparere debet coram iudice ordinario (& si sit idem qui sententiam tulit non coram eo tanquam is qui sententiam tulit, sed tanquam ordinario) debetque coram ipso ordinario suam sententiam parte ad id legitime citata. l. de vnoquoq; cum concor. ff. de re iud. exhibere, iuxta formam supra traditam in productione instrumenti, cuius petitur executio, illamque executioni debitæ demandari petere debet, & tunc iudex, ex statuto prædicto mādare debet victo, vt intra octo dies det, faciat soluat, & impleat, quod in ipsa sententia continetur, quod mandatum in scriptis fit, & de parendo appellatur, de quo infra tit. proximo. versi. commissum. quibus elapsis, si non impleuerit quæ in sententia continentur, vel legitimam exceptionem opposuerit, vt infra dicetur, relaxabitur

laxabitur ipso pariter citato contra eundem mandatum executiuum, reale & personale, vt statutum prędictum aperit, & ad executionem vt infra dicetur, procedetur.

Dies de quibus loquitur statutum prædictum, & qui in suprascripto mandato continentur, continui intelliguntur, ex statuto lib. 1. cap. 197. verticul. dierum.

Et secundum prædicta poterit peti executio cuiuscunque sententiæ latę a quo vis ordinario, etiam extra vrbem, vt late dicunt Doct. d. l. à diuo §. sententiam. ff. de re iud.

Sed hic dubitari contingit, nunquid sufficiat sola sententiæ exhibitio absque actis, an etiam actorum productio requiratur? & quidem communis conclusio est Doctorum, quòd in antiquis acta non requirantur, & sola sententia plene probet, de quã per Grãma. decis. 24. Andreas de Maxo & per Aymon. Grauettam, qui latissime disputat in tract. de antiq. temp. par. 2. a principio vsque ad finem. num. 8. post Cano. cap. quoniam contra. de proba. & aliis sociis de quibus latissime per eos, & hoc siue in sententia enuntientur, acta, siue solemnitates in specie, siue in genere, siue sententia sit dicta contra præsentem, vel absentem, siue contra contumacem verum vel fictum. 8

Solum stat difficultas quãdo censeatur antiqua, nã aliqui tenuere de decennio, alii de biennio, quos refert Grãma. dicta decis. nu. 5. alii de viginti annis, alii de triginta, cõmunis opinio est quòd relinquatur arbitrio iudicis, qui pensata negotii & partium, ac iudicis qui sententiam tulit, qualitate, quãta fuerit

sit fides adhibenda, & vtrum factum esse antiquum sibi videatur, statuet, preterquam in annis triginta, in quibus omnes citra distinctionem concurrunt, vt idem Aymo dicit d. par. 2. num. 20. quos omnes refert Menoch. de arbitrio iudi. lib. 11. in 4. casu ad hos igitur recurres, quia multas & quidem notabiles quæstiones disputant, & Aymo limitationes cõclusionibus adaptat, quas hic breuitatis causa referre omitto: vnum tamen admoneo, vt si sententia antiqua quæ sine actis, vt dixi, probat, producatur. Patronus rei procuret acta repetiri, ad hoc vt eis rimatis perspicere possit si aliquod vitium in sentẽtia sit: sciet enim quod tunc presumptio pro sententia cessabit, si acta contra præsumptionem ex sententia resultantem apparebunt, vt ipse Aymo dicit, vbi supra.

8 19 Hæc quæ de sententiis dicta sunt, & de laudis intelligenda erunt, vt dicit & late prosequitur Fely. d. c. quoniam contra. versic. sexta conclu. num. 37. & clare disponit statutum prædictum.

9 20 Qui hac via sententiæ executionẽ petit, animaduertere debet ad instantiam, nam licet hoc sequenti casu nulla instantia per statutum detur, quod tamen erit instantia eadem quæ est causarum ciuiliũ, nempe biennalis, vt dicit Papien. de for. executio. senten. in re ali. versi. faciendo cum ire. num. 3.

10 21 Ab hoc decreto de exequendo, seu mandati relaxatione appellari poterit. Bart. & Saly. l. ab executione. C. quorum app. non reci. & ex statuto lib. 1. cap. 171. licet ab executionibus facti appellari nõ possit, vt dicitur, d. l. ab excutione, & in statuto prædicto ideò procurator appellationem non omittet, quam

icit

scit formari oportere in scriptis, & cum causæ expressione, aliàs iudex posset eam non admittere, ita putauit Salycetus, d.l. ab executione, nu. 3. ad fi. quod arbitror valde notandum, nec obliuiscatur causę patronus, quòd his casibus depositum est faciendum intra triduum iuxta formulam præscriptam a statuto lib. 1. cap. 171.

11 Alius & magis frequens est modus petendi executionem sententiæ iudicis officio, coram ipso iudice qui eam protulit, vel confirmauit, & tunc vt sciamus quis sit iudex competens huic executioni faciẽdæ, distinguendi sunt quatuor casus, primus est quã do non est a sententia appellatũ: secundus est quando est appellatum, & prima sententia fuit cõfirmata, vel infirmata: tertius quãdo fuit appellatio deserta, vel ipsa appellatio reiecta: quartus quando renunciatum fuit appellationi per appellantem.

12 De primo igitur casu, quando non est appellatũ, iudex qui sentẽtiam tulit ipse suam sententiam exequetur, ex mente statuti d. lib. 1. cap 87. cap. Romana §. contrahentes. de foro compe. lib. 6. per Alex. d. l. à diuo pio. in prin. nu. 21. nec hic cadere potest aliqua difficultas, cum ista statutarii iudices sint ordinarii, ceterum si essent delegati, recurrendum est ad nota. per Doct. d. l. à diuo pio. in prin. & c. pastoralis §. præterea. de offi. deleg.

13 Secundo casu, quando est appellatum, & sententia confirmata, vel infirmata, aut reformata, iudex qui de appellatione cognouit, ipse exequi potest, ex dicto statuto lib. 1. cap. 87. præcipimus, & ibi Barto. C. de appella. per Barto. d. l. à diuo pio. in prin. num. 15. & hęc est communis opinio, vt ibi dicit Alexan.

nu.

num.20. & ibi sequuntur ceteri per Francum. c. ex ratione.col.28. versic.6.quæro de appell. per Fely.d. cap. pastoralis.§. præterea circa med. de offi.deleg.& hæc est, vt dixi, communis opinio, quidquid tenuerit Zabarel.in cle.vt calumniis.in fin.prin. de re iud. & Staphi.de literis iusti.cap. 148. secundum primã impress. versi.præterea qui confirmat.

14 Tertio casu, quandô appellatio fuit deserta, vel à iudice ex causa rationabili reiecta, iure cõmuni executio spectat ad primum iudicẽ, quia ex prima sententia oritur actio.l. fi. §. illud. ibi tanquam scilicet ab initio C.de temp.appella. & l.si contra C. de appella.Bart d.l.à diuo pio.in princ.num 15.Alex.ibi, nu.22. Ias. nu.26. Philipp. Franc.d.cap.ex ratione. colum.18. versi.6.quæro de appel. Fely. d. cap. pastoralis §.præterea.de offi. deleg. Quinimo Frãcus, vbi supra, ampliat hoc etiã procedere, si iudex pronũtiasset appellationem desertam, & sententiam expresse confirmasset, quia postquam appellatio est deserta, superuacuo confirmatur à iudice, cum sit à lege confirmata, allegat Bal. hoc singulariter tenẽtem in l.penul. in.fi.C. quorum appell. non recipiũtur: sed contra hoc tenere videtur Fely. cap. ex parte.li.2.colum.5.vers.addatis multa.extra de rescrip. qui nullam, nec de Baldo, nec de Franco facit mentionem.

16 Sed hic cadit dubitatio nunquid eo casu quo appellatio per lapsum fatalium remanet deserta, requiratur iudicis ad quem declaratio, ad hoc vt iudex à quo iurisdictionem reassumat, an ipse iudex a quo sine aliqua declaratione, & certioratione iudicis ad quem, ad executionem procedere possit, & hæc est

quidem

quidem satis intricata quæstio, tamen communis opinio est quòd nõ requiritur necessario declaratio iudicis ad quem, sed iudex à quo, lapsis fatalibus, parte tamen citata, suam sententiam exequi potest. Philip. Franc. d. cap. ex ratione. col. antepenul. versi. septimo & vltimo, & ibi Alexandri. colum. 18. versi. circa primam, & colum. 21. verlic. 6. est quæstio. de appell. quidquid tenuerit Barto. l. eos num. 8. C: de appella. Fely. latiss. c. ex parte, secũdo col. 5. versi. & ideo petens. extra de rescrip. quod etiam aliqualiter innuere videtur statutum prædictum. 87. consilium tamen est, cum maxime hodie permittatur appellatio certo modo per statutum cap. 176. vt pronũtietur deserta per iudicem ad quem, tam propter inhibitionem ab eo emanatum, vt dicit Francus, vbi supra, tum etiam quia appellans citatus posset comparere coram iudice ad quem; & petere coram eo restitutionem in integrum, aduersus lapsum fatalium si aliqua sibi iusta competeret excusatio, & si illam obtineret, non posset procedi in negotio principali, vt supra de restitutione in integrũ dixi, & executio si fieret per modum attentati reuocaretur, vt aduertunt prædicti Docto. qui prædicta diffuse tractant, præsertim Felyn. qui examinat per tres columnas: ideo minime immutandum censeo, quod certam interpretationem in hoc foro recepit, idest, vt instãtia deserta pronuntietur per iudicem ad quem, vt supra dixi dum de appellatione tractaui.

Scio etiam aliquando fuisse tentatum citari appellantem coram iudice a quo, ad docendum de appellatione, & illius legitima prosecutione, vel dicẽdum causam quare sententia contra ipsum lata, quę

in rem.

in rem trāſiuit iudicatam, propter lapſum fatalium exequi nō debeat.iuxta tradita per Fely. vbi ſupra. ſed hæc cautela ſola iudicis appellationis inhibitione tollitur,vt dicit Franc. d.c.ex ratione.col.pen.& maior fit circuitus, ſed vtraque praxis bona eſt.
17 Hoc igitur caſu poſtquàm fuerit deſertio per iudicem ad quem. iuxta frequentiorem curiæ ſtylum declarata,ſi ab hac pronuntia non fuerit appellatū, quod permittitur certo modo vt paulo ante dixi,patronus ſibi fidem fieri à Notario iudicis ad quem, curabit, quam citato aduerſario, vt in productione iurium dixi in ordinariis, coram primo iudice producet,qui ex tunc ad executionem,vt infra dicetur, deueniet: citatio autem in hac productione erit neceſſaria, tum ex regula generali.l.de vnoquoque.ff. de re iud.cum ex dictis Fely.d. cap.ex parte,colum. 5. verſi. declara & col.6.verſi.concludendum.
18 Quarto caſu,quando eſt appellationi renuuciatū, quamuis Bart d.l.a diuo.in princ.ff.de re iud.tenuit per vtrumque iudicem exequi poſſe,tamen communis opinio eſt in contrarium, vt ſolus iudex primus exequi poſſit. Alex.d.l.a diuo. in princ.num. 22.Iaſ. num.25.verſi. tertius caſus.Fely.d.cap.paſtoralis §. præterea.verſi.tertius caſus.de offi.deleg. & hoc verum,ſi ſimpliciter appellationi renuntietur,ſed ſi is qui appellationi renuntiauit, promiſiſſet vel ſententiæ parere vel certam pœnā ſoluere, coram iudice ad quem, tunc etiam iudex ad quem, illam confeſſionem exequi poſſet, & hoc caſu opin. Bartol. procedere poſſet, vt declarāt Alexan. Iaſ.& Felyn. vbi ſupra.
Ex præmiſſis cognitum reſtat,vt arbitror quis iudex

dex quoquo casu pro sententiæ executione adeundus sit, nunc de forma tractandum erit.

De executione rei iudicatæ in ordinarijs. Cap. II.

1 *Executio rei iudicatę in ordinarijs, iudicis officio petitur, vt hic.*

2 *Forma mandati de parendo sententiæ in ordinarijs.*

3 *Inter sententiam & executionem, aliquod temporis spatium intercedere debet.*

4 *Exceptiones quæ per reum contra sententiam cuius executio petitur, opponi possunt in ordinarijs. & nume. 7.*

5 *Exceptiones quę ante sententiam fuerunt cognitæ & reiectę, executioni opponi nōn possunt.*

6 *Cautela ad excludendum reum, vt in executione non possit, etiam epponi permissas exceptiones, opponere.*

8 *Forma citationis in relaxatione mandati, pro executione sententiæ in ordinarijs.*

9 *Citatio an & quando in relaxatione mandati pro sententię executione necessaria sit.*

10 *Executio iuris ordine seruato quo modo fieri debeat.*

11 *Ordo iuris in executione si confundatur, an detur appellatio.*

12 *Captura personalis quo in loco, secundum iuris ordinem fieri debeat.*

13 *Executio rei indicatæ in ordinarijs, ex statuto fieri potest iuris ordine non seruato, & est electio creditoris.*

14 *Forma mandati executiui, virtute rei iudicatæ, & man-*

mandato de parendo præuio, relaxati.
15 Appellare non licet ab executionibus facti & capturis personalibus.
16 Mandatum relaxatum à iudice, officio vel vita functo, an exequi possit.
17 Mandatum relaxatum contra viuentem, an exequi possit eo defuncto, contra hæredes non citatos.
18 Executio rei iudicatę in quibus bonis fieri non possit.
19 Executio rei iudicatę contra minores, eodem modo fit quo contra maiores, pręterquam in casu de quo hic.
20 Executio si facta sit super bonis, quę non sint debitoris, quid illorum dominus facere debeat, vt illa recuperet.
21 Onus probandi bona non esse debitoris incumbit dicenti.
22 Executori volenti facere executionem in bonis per tertium possessis, cum generali mandato tertius resistere potest.
23 Executor potest exequi super bonis per debitorem possessis, licet tertius illa sua esse asserat.
Fallit si ex facie bonorum appareat, non esse debitoris vt hic. nu. 23.
Mulier dans bona sua pignori pro alio, non minus iuuatur velleiano, quàm si fideiubeat, modo non decipiat. ibid.
24 Venditio pignorum tam mobilium quam immobilium, quo ordine fieri debeat.
25 Pignora in causam iudicati capta, venduntur vt hic.
26 Immobilia executioni capta, debent vendi seruata forma de qua hic, qua non seruata ad vnguem, irrita remanet. & nu. 27. & 28.

30 Ex-

30 Extimari debet res subhastanda, vt sciatur an licitatores iusti sint. num. 32. 33. 48.

31 Periti non debent ad æstimandum accedere, nisi parte pro illa die & hora vocata.

33 Forma edicti promulgandi per præconem, ante licitationem immobilium.

34 Terminus ad offerendum licitatoribus, est dierum octo in bonis maiorum, in bonis vero minorum dierum viginti. & num. 35.

36 Minor & similes, aduersus lapsum termini in licitationis præconio appositi, si eorum intersit, restitui debent.

37 Actus nullus non impedit quo minus fieri possit validus.

38 Termino ad licitandum lapso, si nullus compareat, an & alius dari possit.

39 Secundo plus licitante, an primus liberetur.

40 Licitatore secundo non apparente, seu cessante, an primus in obligationem reincidat.

41 Licitator suppositus, vt alium ad carius licitandum incitet, punitur crimine stellionatus.

42 Licitatoribus pluribus in idem concurrentibus primus præfertur.

43 Licitator primus à secundo exclusus, poterit & ipse plus licitando. illum superare.

44 Creditor ad licitandum admittitur.

45 Emptorem non reperiri, & iniustum reperire, à pari procedunt.

47 Iustum pretium in licitationibus, quod esse dicatur iure communi, & quod iure isto.

48 Debitor de euictione pignoris aut hypothecæ licitatæ, perinde ac si ipse vendidisset, tenetur.

dum est, quòd & supra titulo de executione senten-tiarum explicui rei iudicatæ executionem iure com muni duplici via peti posse: vna videlicet, vt adeatur iudex ordinarius & coram eo sententia exhibeatur & petatur, vt ipsa executioni demandetur, & hic a-ctionem iudicati intentare dicitur: alia quòd implo-retur officium iudicis, qui sententiam tulit super sen tentiæ ab eo latæ executione.

De vtraque loquitur statutum lib. 1. cap. 87. & est iuri communi consonum ad Bar. Alex. Ias. & Rip. l. intra dies. ff. de re iud. Alex. l. à diuo pio in prin. nu. 21. illo eo tit. Fely. cap. pastoralis. §. præterea. versi. gl. in ver. discussa de offi. deleg.

4 Qui igitur actione iudicati executionem senten-tiæ definitiuæ, vel laudi, aut arbitramenti, aut senten tiæ arbitrorum habere vult, is ex suprascripto statu-to & ex sententia Doctorum proxime relatorum, con parere debet coram iudice ordinario (& si sit idem qui sententiam tulit non coram eo tanquam is qui sententiam tulit, sed tanquam ordinario) debetque coram ipso ordinario suam sententiam parte ad id legitime citata. l. de vnoquoq; cum concor. ff. de re iud. exhibere, iuxta formam supra traditam in pro-ductione instrumenti, cuius petitur executio, illam-que executioni debitæ demandari petere debet, & tunc iudex, ex statuto prædicto mādare debet victo, vt intra octo dies det, faciat soluat, & impleat, quod in ipsa sententia continetur, quod mandatum in scriptis fit, & de parendo appellatur, de quo infra tit. proximo. versi. commissum. quibus elapsis, si non impleuerit quæ in sententia continentur, vel legiti-mam exceptionem opposuerit, vt infra dicetur, re-

laxabitur

laxabitur ipso pariter citato contra eundem mandatum executiuum, reale & personale, vt statutum prędictum aperit, & ad executionem vt infra dicetur, procedetur.

Dies de quibus loquitur statutum prædictum, & qui in suprascripto mandato continentur, continui intelliguntur, ex statuto lib. 1. cap. 197. vertcul. dierum.

Et secundum prædicta poterit peti executio cuiuscunque sententiæ latę à quo vis ordinario, etiam extra vrbem, vt late dicunt Doct. d. l. à diuo. §. sententiam ff. de re iud.

Sed hic dubitar contingit, nunquid sufficiat sola sententiæ exhibitio absque actis, an etiam actorum productio requiratur? & quidem communis conclusio est Doctorum, quòd in antiquis acta non requirantur, & sola sententia plene probet, de quâ per Grāma. decis. 24. Andreas de Maxo. & per Aymon. Grauettam, qui latissime disputat in tract. de antiq. temp. par. 2. à principio vsque ad finem. num. 8. post Cano. cap. quoniam contra. de proba. & aliis locis de quibus latissime per eos; & hoc siue in sententia enuntientur acta, siue solemnitates in specie, siue in genere, siue sententia sit dicta contra præsentem, vel absentem, siue contra contumacem verum vel fictum. 8

Solum stat difficultas quādo censeatur antiqua, nā aliqui tenuere de decennio, alii de biennio, quos refert Grāma. d. decis. nu. 5. alii de viginti annis, alii de triginta, cōmunis opinio est quòd relinquatur arbitrio iudicis, qui pensata negotii & partium, ac iudicis qui sententiam tulit, qualitate, quāta fue-

rit fides adhibenda, & vtrum factum esse antiquum sibi videatur, statuet, pręterquam in annis triginta, in quibus omnes citra distinctionem concurrunt, vt idem Aymo dicit d. par. 2. num. 20. quos omnes refert Menoch. de arbitrio iudi. lib. 11. in 4. casu ad hos igitur recurres, quia multas & quidem notabiles quæstiones disputant, & Aymo limitationes cõclusionibus adaptat, quas hic breuitatis causa referre omitto: vnum tamen admoneo, vt si sententia antiqua quæ sine actis, vt dixi, probat, producatur. Patronus rei procuret acta repetiri, ad hoc vt eis rimatis perspicere possit si aliquod vitium in sentẽtia sit: sciet enim quod tunc pręsumptio pro sententia cessabit, si acta contra præsumptionem ex sententia resultantem apparebunt, vt ipse Aymo dicit, vbi supra.

8 Hæc quæ de sententiis dicta sunt, & de laudis intelligenda erunt, vt dicit & late prosequitur Fely. d. c. quoniam contra. versic. sexta conclu. num. 37. & clare disponit statutum prædictum.

9 Qui hac via sententiæ executionẽ petit, animaduertere debet ad instantiam, nam licet hoc sequenti casu nulla instantia per statutum detur, quod tamen erit instantia eadem quæ est causarum ciuiliũ, nempe biennalis, vt dicit Papien. de for. executio. senten. in re ali. versi. faciendo eum ire. num. 3.

10 Ab hoc decreto de exequendo, seu mandati relaxatione appellari poterit. Bart. & Saly. l. ab executione. C. quorum app. non reci. & ex statuto lib. 1. cap. 171. licet ab executionibus facti appellari nõ possit, vt dicitur, d. l. ab excutione, & in statuto prædicto ideo procurator appellationem non omittet, quam

scit

scit formari oportere in scriptis, & cum causæ expressione, aliàs iudex posset eam non admittere, ita putauit Salycetus, d.l. ab executione, nu. 3. ad fi. quod arbitror valde notandum, nec obliuiscatur causę patronus, quòd his casibus depositum est faciendum intra triduum iuxta formulam præscriptam a statuto lib. 1. cap. 171.

11 Alius & magis frequens est modus petendi executionem sententiæ iudicis officio, coram ipso iudice qui eam protulit, vel confirmauit, & tunc vt sciamus quis sit iudex competens huic executioni faciẽdæ, distinguendi sunt quatuor casus, primus est quãdo non est a sententia appellatũ: secundus est quando est appellatum, & prima sentẽtia fuit cõfirmata, vel infirmata: tertius quãdo fuit appellatio deserta, vel ipsa appellatio reiecta: quartus quando renuntiatum fuit appellationi per appellantem.

12 De primo igitur casu, quando non est appellatũ, iudex qui sentẽtiam tulit ipse suam sententiam exequetur, ex mente statuti d. lib. 1. cap 87. cap. Romana §. contrahentes. de foro compe. lib. 6. per Alex. d. l. à diuo pio. in prin. nu. 21. nec hic cadere potest aliqua difficultas, cum ista statutarii iudices sint ordinarii, ceterum si essent delegati, recurrendum est ad nota. per Doct. d. l. à diuo pio. in prin. & c. pastoralis §. præterea. de offi. deleg.

13 Secundo casu, quando est appellatum, & sententia confirmata, vel infirmata, aut reformata, iudex qui de appellatione cognouit, ipse exequi potest, ex dicto statuto lib. 1. cap. 87. præcipimus, & ibi Barto. C. de appella. per Barto. d. l. à diuo pio. in prin. num. 15. & hęc est communis opinio, vt ibi dicit Alexan.

nu.

num. 20. & ibi sequuntur ceteri per Francum. c. ex ratione. col. 28. versic. 6. quæro de appell. per Fely. d. cap. pastoralis. §. præterea circa med. de offi. deleg. & hæc est, vt dixi, communis opinio, quidquid tenuerit Zabarel. in cle. vt calumniis. in fin. prin. de re iud. & Staphi. de literis iusti. cap. 148. secundum primã impress. versi. præterea qui confirmat.

15 Tertio casu, quandô appellatio fuit deserta, vel à iudice ex causa rationabili reiecta, iure cõmuni executio spectat ad primum iudicẽ, quia ex prima sententia oritur actio. l. fi. §. illud. ibi tanquam scilicet ab initio C. de temp. appella. & l. si contra C. de appella. Bart d. l. à diuo pio. in princ. num. 15. Alex. ibi, nu. 22. Ias. nu. 26. Philipp. Franc. d. cap. ex ratione. colum. 28. versi. 6. quæro de appel. Fely. d. cap. pastoralis §. præterea. de offi. deleg. Quinimo Frãcus, vbi supra, ampliat hoc etiã procedere, si iudex pronunciasset appellationem desertam, & sententiam expresse confirmasset, quia postquam appellatio est deserta, superuacuo confirmatur à iudice, cum sit à lege confirmata, allegat Bal. hoc singulariter tenẽtem in l. penul. in. fi. C. quorum appell. non recipiũtur. sed contra hoc tenere videtur Fely. cap. ex parte. li. 2. colum. 5. vers. addatis multa. extra de rescrip. qui nullam, nec de Baldo, nec de Franco facit mentionem.

16 Sed hic cadit dubitatio nunquid eo casu, quo appellatio per lapsum fatalium remanet deserta, requiratur iudicis ad quem declaratio, ad hoc vt iudex à quo iurisdictionem reassumat, an ipse iudex a quo sine aliqua declaratione, & certioratione iudicis ad quem, ad executionem procedere possit, & hæc est quidem

quidem satis intricata quæstio, tamen communis opinio est quòd nõ requiritur necessario declaratio iudicis ad quem, sed iudex à quo, lapsis fatalibus, parte tamen citata, suam sententiam exequi potest. Philip. Franc. d. cap. ex ratione. col. antepenul. versi. septimo & vltimo, & ibi Alexandri. colum. 18. versi. circa primam, & colum. 21. versic. 6. est quæstio. de appell. quidquid tenuerit Barto. l. eos num. 8. C. de appella. Fely. latiss. c. ex parte, secũdo col. 5. versi. & ideo petens. extra de rescrip. quod etiam aliqualiter innuere videtur statutum prædictum. 87. consilium tamen est, cum maxime hodie permittatur appella tio certo modo per statutum cap. 176. vt pronũtietur deserta per iudicem ad quem, tum propter inhibitionem ab eo emanatum, vt dicit Francus, vbi supra, tum etiam quia appellans citatus posset comparere coram iudice ad quem; & petere coram eo restitutionem in integrum, aduersus lapsum fatalium si aliqua sibi iusta competeret excusatio, & si illam obtineret, non posset procedi in negotio principali, vt supra de restitutione in integrũ dixi, & executio si fieret per modum attentati reuocaretur, vt aduertunt prædicti Docto. qui prædicta diffuse tractant, præsertim Felyn. qui examinat per tres columnas: ideo minime immutandum censeo quod certam interpretationem in hoc foro recepit, idest, vt instãtia deserta pronuntietur per iudicem ad quem, vt supra dixi dum de appellatione tractaui.

Scio etiam aliquando fuisse tentatum citari appellantem coram iudice a quo, ad docendum de appellatione, & illius legitima prosecutione, vel dicẽdum causam quare sententia contra ipsum lata, quę in rem

in rem trāsiuit iudicatam, propter lapsum fatalium exequi nō debeat. iuxta tradita per Fely. vbi supra. sed hæc cautela sola iudicis appellationis inhibitione tollitur, vt dicit Franc. d.c. ex ratione. col. pen. & maior fit circuitus, sed vtraque praxis bona est.

17 Hoc igitur casu postquàm fuerit desertio per iudicem ad quem. iuxta frequentiorem curiæ stylum declarata, si ab hac pronuntia non fuerit appellatū, quod permittitur certo modo vt paulo ante dixi, patronus sibi fidem fieri à Notario iudicis ad quem, curabit, quam citato aduersario, vt in productione iurium dixi in ordinariis, coram primo iudice producet, qui ex tunc ad executionem, vt infra dicetur, deueniet: citatio autem in hac productione erit necessaria, tum ex regula generali. l. de vnoquoque. ff. de re iud. cum ex dictis Fely. d. cap. ex parte, colum. 5. versi. declara & col. 6. versi. concludendum.

18 Quarto casu, quando est appellationi renuncia tū, quamuis Bart d. l. a diuo. in princ. ff. de re iud. tenuit per vtrumque iudicem exequi posse, tamen communis opinio est in contrarium, vt solus iudex primus exequi possit. Alex. d. l. a diuo. in princ. num. 22. Ias. num. 25. versi. tertius casus. Fely. d. cap. pastoralis §. præterea. versi. tertius casus. de offi. deleg. & hoc verum, si simpliciter appellationi renuntietur, sed si is qui appellationi renuntiauit, promisisset vel sententiæ parere vel certam pœnā soluere, coram iudice ad quem, tunc etiam iudex ad quem, illam confessionem exequi posset, & hoc casu opin. Bartol. procecere posset, vt declarāt Alexan. Ias. & Felyn. vbi supra.

Ex pręmissis cognitum restat, vt arbitror quis iudex

dex quoquo casu pro sententiæ executione adeundus sit, nunc de forma tractandum erit.

De executione rei iudicatæ in ordinarijs. Cap. II.

1 *Executio rei iudicatæ in ordinarijs, iudicis officio petitur, vt hic.*
2 *Forma mandati de parendo sententiæ in ordinarijs.*
3 *Inter sententiam & executionem, aliquod temporis spatium intercedere debet.*
4 *Exceptiones quæ per reum contra sententiam cuius executio petitur, opponi possunt in ordinarijs. & nume. 7.*
5 *Exceptiones quæ ante sententiam fuerunt cognitæ & reiectæ, executioni opponi nõn possunt.*
6 *Cautela ad excludendum reum, vt in executione non possit, etiam epponi permißas exceptiones, opponere.*
8 *Forma citationis in relaxatione mandati, pro executione sententiæ in ordinarijs.*
9 *Citatio an & quando in relaxatione mandati pro sententiæ executione necessaria sit.*
10 *Executio iuris ordine seruato quo modo fieri debeat.*
11 *Ordo iuris in executione si confundatur, an detur appellatio.*
12 *Captura personalis quo in loco, secundum iuris ordinem fieri debeat.*
13 *Executio rei iudicatæ in ordinarijs, ex statuto fieri potest iuris ordine non seruato, & est electio creditoris.*
14 *Forma mandati executiui, virtute rei iudicatæ, & man-*

30 *Extimari debet res subhastanda, vt sciatur an licitatores iusti sint. num. 32. 33. 48.*

31 *Periti non debent ad æstimandum accedere, nisi parte pro illa die & hora vocata.*

33 *Forma edicti promulgandi per præconem, ante licitationem immobilium.*

34 *Terminus ad offerendum licitatoribus, est dierum octo in bonis maiorum, in bonis vero minorum dierum viginti. & num. 35.*

36 *Minor & similes, aduersus lapsum termini in licitationis præconio appositi, si eorum intersit, restitui debent.*

37 *Actus nullus non impedit quo minus fieri possit validus.*

38 *Termino ad licitandum lapso, si nullus compareat, an & alius dari possit.*

39 *Secundo plus licitante, an primus liberetur.*

40 *Licitatore secundo non apparente, seu cessante, an primus in obligationem reincidat.*

41 *Licitator suppositus, vt alium ad carius licitandum incitet, punitur crimine stellionatus.*

42 *Licitatoribus pluribus in idem concurrentibus primus præfertur.*

43 *Licitator primus à secundo exclusus, poterit & ipse plus licitando. illum superare.*

44 *Creditor ad licitandum admittitur.*

45 *Emptorem non reperiri, & iniustum reperire, à pari procedunt.*

47 *Iustum pretium in licitationibus, quod esse dicatur iure communi, & quod iure isto.*

48 *Debitor de euictione pignoris aut hypothecæ licitatis perinde ac si ipse vendidisset, tenetur.*

49 *Emptore non apparente, bona dantur insolutum creditori cum augmento tertiæ partis pluris, eaque debitor intra sex menses redimere potest.*

50 *Forma citationis pro dandis bonis insolutum creditori.*

51 *Appellare an liceat à decreto de dandis bonis insolutum creditori.*

52 *Augmentum tertiæ partis, quod datur creditori, non est iure communi incognitum.*

53 *Menses sex dati debitori ad reluendum bona creditori insolutum data, computantur dierum triginta singuli.*

54 *Inquilinus & colonus rei datæ insolutum, non possunt per creditorem, & si ipse sit singularis successor, expelli.*

55 *Statutum loquens de datione insolutum, non habet locum in hac quæ fit creditori, quæ vere est pignoris addictio.*

56 *Nomina creditorum in causam iudicati, cessantibus aliis bonis, capi possunt.*

57 *Forma procedendi contra nomen debitoris, pro executione rei iudicatæ, quando nomen non erat obligatum, quando vero erat obligatum nu. 59.*

1 ET quidem in ordinariis causis, de quibus primo loco dixi, quia in illis mãdatum executiuũ in sententia relaxari nõ solet, iudex requisitus à parte super executione, mandatum de parendo faciet Victo & illius procuratori, cuius forma ex præscripto Curiæ stylo est quæ sequitur.

2 Commissum est per nobilem D. Iulium Paulum, I.V.D. Ro. Po. appellationum & nullitatum Capita-

neum,

neum, ad petitionem & instantiam Venulei Cāpani principalis, & Sceuolæ eius procuratoris, Parmenoni iurato nuntio Cur. Cap. quatenus ad dictorum dominorum instantiam eat, citet, moneat & requirat, præcipiat atque mandet personaliter, si reperiri poterint: sin autem ad domum eorum solitæ habitationis dimissa copia, alta & intelligibili voce vicinis audientibus, & iuxta formam statutorum Vrbis. Quintum Ciceronē ex aduerso principalem & Marium Verutum eius procuratorem, quatenus intra octo dies proximos iuxta formam statutorum Vrbis, pareant & paruisse debeant cum effectu sententiæ alias latę per eccellentem Iure con. Tribunianū Victoriū, Vrbis Senatorem Illustrē & per præfatū D. Capitaneum confirmatæ, quæ sententia secundū eorundem statutorum formam, in rem transiuit iudicatam, & intra eundem terminum veniant & cōpareant coram prę fato D. Capitaneo ad videndum productionem & repetitionem certorum iurium & actorum & dictæ sententiæ, & reluēdum copiam si voluerint, necnon ad informandum, dicendum & allegandū quidquid voluerint, & potuerint, & causam quare ad prædicta non teneantur, & illa fieri non debeant, de qua causa patet ex actis Notarii infrascripti: ideo, &c. alias, &c. Dat. in Palatio Illustriss. DD. Conseruatorum Cameræ Almæ Vrbis ad Tribunal præfati D. Capitanei, die, &c.

3 Hæc forma, vt ex se patet, sumpta est ex statuto lib. 1. cap. 87. & quantum attinet ad terminum octo dierum iuri communi conformis est: nam inter sententiam & executionem aliquod spatium intercedere debet, vt notat Alexan. post alios d. l. a diuo. §.

in venditione.num. 31.ff.de re iudi.

Sed quia in mandato de quo proxime, inter cetera datur facultas reo comparendi, & allegandi quare ad contenta in mandato non teneatur, & illa fieri non debeãt, quod & iure ciuili fieri debet. Bartol. & post eum alii d.l. a diuo § in venditione. num. 2. nõ erit ab re cognoscere quæ exceptiones hoc casu opponi possint.

4 Et quidẽ vltra duas illas nullitatis scilicet, & restitutionis in integrum, de quibus supra tractatum est, generaliter omnis exceptio, quæ non impugnat sententiam, sed eam modificat, executioni opponi potest l. si fideiussores. §. fi. vbi Bar. ff. de fideiuss. l. ex diuerso §. fin. vbi & Bart. & Pau. ff. sol. mat. l. Nesennius. §. fi. ff. de re iudi. l. pri. & ibi Docto. C. de iuris & fact. ign. vt est beneficium siue priuilegium, quod habent maritus & alii, ne conueniatur vltra quam facere possunt, & quod habet fideiussor, vt sibi cedãtur actiones, nisi huic beneficio renuntiatum esset, & in aliis casibus notatis per Vber. de Bonaccur. in tracta. de exceptio, & bene, quæ post diffi. senten. oppo. possunt, & ibi etiam notatur in addi. per Anto. de Tremolis, qui de mente docto. in locis proxime relatis, extendit regu. beneficium inuentarii, quod competerit hæredi, & possessori pro deductione impẽsarum in re factarum, & ad compensationis exceptionem.

5 Quæ quidem vera sunt & procedunt nisi iudex ante sententiam cognouisset de hac excepione, & illam reiecisset, quia tunc executioni opponi nõ posset, vt dicunt. Bart. Bald. & Alex. d. l. ex diuerso. § fin. ff. sol. mat. De quo an & quando dicatur cognitum, & cen-

& censeatur reiecta, per Cast. l. quod in diem. ff. de compens. per Fely. late, cap. suborta. num. 4. & 5. in 8. limit. extra de re iudi.

6 Alia etiam traditur limitatio, scilicet quando iudex ante sententiā præfixisset terminum peremptorium ad opponendū omnes exceptiones peremptorias, dilatorias, & anomalas, vt dicit Bald. l. ab executione, colum. pen. vers. sed dubitatur. C. quorum appell. non recipi. cuius dictum, vt singulare laudat Alex. d. l. ex diuorsio. §. fi. in 2. col. ver. prædictis adde. quem sequitur Ant. in addi. ad Vber. vbi supra, hæc tamen limitatio vix est, vt cadere possit in statuto nostro, quia dilationes quæ ex eo præfigūtur, immutari non possunt, nisi cautus patronus per recursum ad signaturam futuræ cautelæ rei obuiaret.

7 Poterunt etiam & Macedoniani & Velleiani exceptiones opponi, & nonnullæ aliç quas prosequuntur Ant. & Vbert. vbi supra, ibi eas videbis, longum enim esset hic omnia transferre.

8 Si igitur reus intra terminum sibi præfixum, quæ in sententia cōtinentur non impleuerit, vel se aliqua releuanti exceptione non tutauerit, tunc citato reo illusque procurātore ad videndum relaxari mandatum iuxta formam rei iudicatæ, iudex mandatum executiuum relaxabit.

9 De citatione in hac mandati executiui relaxatione facienda, Bart. distinguendo dicit, quod duobus tantum casibus necessaria non est, videlicet quando exequendum est in ea re, in qua est facta condemnatio, puta in rei vendicatione, si res extat, vel persona li, si extat species petita, Bart. d. l. à diuo §. in vendi tione. num. 2. idem voluit Saly. l. ab executore col. 3.

verſ.quæro ſecūdo.C.quorum appel.non reci. Alex. vero d.§. in venditione. num.31. verſ.vltima fuit, dicit quòd verior videtur opi.quæ & ipſa fuit Bart. quòd in omnibus caſibus citatio fieri debeat, & hoc idem ſequitur Iaſ. ibi. num. 9. qui dat cautelam, vt pars citetur in omni caſu, à qua in caute patrone non diſcedes.

Si igitur iudicium rei vendicationis erit vel ſpecies petita extet, tunc res erit expedita, quia cūm eo mādato poſſeſſionem actor conſequetur l.qui reſtituere ff.de rei vendi.ad Barto.d.l.a diuo.§.in venditionem num. 3. & ibidem Alex. num. 31. & Iaſ. num. 9.

Sed ſi actio perſonalis ſit, vel res petita non extet, tunc mandatum relaxabitur pro executione facienda.

10 Iuris ordo eſt, vt prius capiantur mobilia & ſe mouentia, & ſi illa non ſint, aut non ſufficiant, capiatur immobilia, deinde nomina debitorum, & in hoc omnes concordant. d. l. a diuo §.in venditione cum his duobus temperamentis, primo vt capiantur mobilia minus reo damnoſa, ſecundo vt pro modico debito non capiatur res immobilis magni valoris. gloſſ.d. §.in vēditione & ibi Bartol.num.5.& Alex. qui dicit opi. gloſſ.& Barto.eſſe commu.nu.4.licet ipſe cogitandum relinquat, & gloſſ. ſequitur Iaſ. ibi, num. 10. qui teſtatur commu.

11 Et licet ſi ordo prædictus confunderetur, vt primo res ſoli caperentur quàm mobilia, non propterea executio nulla eſſet, nihilominus ab ea poſſet appellari, & per viā iniquitatis vel grauaminis executio reuocaretur, vt dicit Bart.d.§.in venditione.nu.

6. &

6. & Iaſ. nu. 19. qui dicit opi. Bart. magis communiter teneri, licet ipſe poſt Alex. nu. 5. ſentiat contra Bar. & quidem non leuibus argumentis: quia forma non ſeruata, actus ſit nullus: communis tamen opinio, vt ipſi dicunt, eſt cum Bart. vt poſſit appellari, & nulla non ſit.

12 Dixi ſupra quòd ex iuris ordine primo loco capiuntur mobilia, & ſe mouentia, ſecundo res ſoli, tertio nomina, quid dicendũ de perſona, vtrum hęc quarto loco capi debeat, an ſecũdo, vel interim quãdo libet? Et quidem in hoc variæ ſunt opiniones, nam gloſ. reputata ſingularis. l. 3. §. tutores ff. de ſuſpect. tut. tenuit expreſſe quòd non poſſit capi perſona niſi facta excuſſione bonorum, & glo opi. ſequuntur Bart. & Bal. l. 1. C qui bon. ced poſſ. & nonnulli alii, quos refert Alex. d §. in venditione. nu. 7. Bald. vero l. fi. §. & ſi præfatam. C. de iur. delib. & Sal. l. cum filii. C. qui bon. ced. poſſ. tenent opin. contra gl. vt poſſit etiam incipi à perſona: ipſe vero Alex. dicit quòd verior ſibi videtur opinio. Bal. & Sal. ſed quòd opinio glo. eſt communior, & quòd in pratica eſſet periculoſum recedere ab opin. gloſſ. Paul. de Caſtr. d. l. 4. in princip. num. 4. dicit quòd illa gloſſ. non ſeruatur de conſuetudine, & ex forma ſtatutorum Italiæ, quia eſt in electione creditoris incipere vel à perſona vel à rebus. Iaſ. d. §. in venditione. num. 1. videtur ſe remittere ad dicta per Alexand. vbi ſupra. Papien. de forma exec. ſent. num. 22. ſequitur gloſſ. Fely. ca. quòd ad conſultationem nu. 10. verſ. non deuenitur. refert opiniones & nihil concludit, niſi quòd vltimo loco dicit quod Alex. dixit quòd in practica eſſet periculoſum recedere ab opi. gloſſ.

X 3 ſi tot

si tot patres ambigerunt, quid ego?
13 Ad has igitur ambiguitates tollendas, factum est statutum lib. 1. cap. 87. in quo dicitur, quòd si is qui iussus est sententiæ parere, intra octo dies, vt supra dixi non paruerit, contra eum relaxetur mandatum executiuum realiter, & personaliter exequendum, & per electionem vnius remedii ex præfatis alteri præiudicetur, hincque factum est, vt mandata executiua huiusmodi sub tenore relaxentur.
14 De mandato Illustr. Senatoris, & ad instantiam Pauli Æmilii principalis auferantur de domo vel aliunde de bonis Publii Scipionis bona valentia sūmam ducatorum centum, & expensas, in quibus eidem tenetur occasione, prout in actis, & ablata deponuntur subhastanda, & deliberanda iuxta formā statutorum, vel capiatur idem & ad carceres ducatur, ex quibus non relaxetur donec eidem instanti de dicta summa & expensis satisfactum fuerit, vel alias fuerit cōcordatum, vel inuestiatur idem instās siue eius legitimus procurator in bonis stabilibus dicti Publii Scipionis, æquiualentibus summā prædictam, & expen. subhastandis & deliberandis iuxta formam statutorū, & immissus manuteneatur, ita quòd electa vna via nō præiudicet sibi in alia: iuxta formā eorundem statutorum, & hoc attento quòd, & quæ sequuntur.
15 Hæc etiam electio iuuatur alio statuto lib. 1. cap. 171. quo cauetur, quòd ab executionibus facti & capturis personalibus nulla recipiatur appellatio: cū igitur supra proxime ver. & licet, cōcluserim ex cōmuni opinione executionem ordine iuris non seruato factam, irritam non esse, sed remedio appellatio-

nis reuocari posse, & ex prædicto statuto appellatio prohibeatur, remanet quòd executio præpostero iuris ordine facta retractari non possit, sicque ex necessario quodammodo consequenti electio creditori concessa est.

Hinc igitur cessant multę difficultates, de quibus per Doct. & præsertim Alex. d. l. a diuo. §. in venditione, vt est excussio mobilium, fides executoris, ordo in immobilibus, excussio stabilium, & captura personæ, & aliæ, quæ ibi copiose tractantur.

16 Sed quid si is Senator vel Collateralis aut Capitaneus, qui mandatum executiuum contra reum relaxauit, offitio sit functus, nunquid eodem mandato fieri poterit executio, an nouus iussus successoris haberi debeat? & credo quòd possit sine nouo mandato. executio fieri. c. si super gratia. de offi. deleg. lib. 6. Bart. l. fundi emptor. ad fin. ff. de acqui. poss. quod maxime procedit in casu nostro in quo idem officiũ durat, licet homines, qui illud exercent mutentur l. proponebatur cum simi. ff. de iudi. quid autem si iudex pendente processu moreretur. vel ei daretur surrogatus? vide per Fely. cap quia Gu. nu. 4. vers. quid autem, si moritur iudex extra de iudi.

Nec huic conclusioni contradicunt, quæ notat Bald. l. ordo. nu. 12. vers. nota in hac C. de executio. rei iudi. & Alex. d. l. a diuo. § in venditione num. 34. quia ipsi loquuntur in relaxatione mandati faciẽda in realibus a successore quo casu supra dixi, cautelam esse omni casu, patrem esse citandam, quæstio autem hæc est postquam mãdatum relaxatum fuit.

17 Rursus videndum est, quid si is qui condemnatus fuerat, & contra quem mandatum de exequendo

fuerat relaxatum, defunctus sit, nunquid contra hæredem & an absque aliqua alia citatione executio fieri possit? & verius est exequi posse. l. ex contractu. ff. de re iudi. Bart. l. creditores. C. de pigno. Papien. de forma execut. senten. realis in prin. n. 26. Paris. cōsi. 19. nu. 22. volum. 1. Sed citatio omnino requiritur. Fely. cap. quia Gu. nu. 4. qui late probat, extra de iudi. & ita iudicatum vidi, & executio, quę facta fuerat in bonis defuncti, hærede non citato, reuocata fuit.

18 Verum quia non in omnibus bonis executio rei iudicatæ fieri potest, non erit ab re, hoc in loco animaduertere quòd stipendia militaria, in causam iudicati pignori capi non possunt. l. stipendia. C. de executio. rei. iudi. nisi demum in subsidium, quando alia bona non extant. Item nec Boues aratorii, nec instrumenta aratoria. l. executores. & l. pignorū. cum auth. agricultores. C. quæ res pignori. quod etiam intellige nisi in subsidium, vt notant Docto. in locis prædictis. Item nec arma militum nec libri scholasticorum aut doctorum actu studentiū. gloss. est not. in. l. nepos proculo. ff. de verb. sign. quam sequitur Bal. in rub. C. qui bon. ced. pos. Ias. §. item Seruiana. num. 65. insti. de act. o. Alciat d. l. nepos Proculo in vlti. glo. Marcus Mantuan. in tracta. de priuil. mil. quæst. 46. nu. 276. neque hoc casu distinguam, extēt aut non alia bona, sicut in præcedentibus distinxi, quoniā isti ques vltimo loco retuli, non nisi in quantum facere possunt, condemnantur. l. miles. & ibi Docto. ff. de re iudi. Bart. l. medicos. C. de professs. & med. lib. 10 Canoni. c. Odoardus. extra de solut.

19 Sed & si minores sint qui condemnati fuerunt, siue in realibus siue in personalibus, eadem forma

quæ

quæ de maioribus dicta sunt & infra dicentur seruāda erunt. Bart. & cæteri. d. l. à diuo. §. exequuntur. ff. de re iudi Alex. d. l. à diuo. §. in venditione nu. 28. præterquam in diebus subhastationis, vt infra suo loco notabo.

20 Aliena bona pignori capi non possunt, vt dicit text. l. à diuo. §. si super rebus. ff. de re iudi. & naturalis ratio suadet, nec etiam curatoris pro debito pupilli sui. l. pri. C. quand. fiscus vel priua. Igitur tertius cuius bona quasi debitoris pignori capta sunt, comparere debet corā iudice exequente, & docere summarie, & etiam semiplene, secundum Bart. vbi infra pignora capta sua esse, quo docto, sibi restituentur, vt dicit tex. d. l. à diuo §. si super rebus. & ibi Bart. &

21 omnes: incumbit autem onus probandi huic tertio, quia præsumitur pro executione, & nuntio creditur. Alex. d. §. si super rebus. num. 17. Alcia. de præsump. reg. 3. præsump. 14. nu. 4. de quo & in versi. item alterum: & hæc cognitio erit summaria, quæ etiam plenario iudicio non præiudicabit. Nam quamuis huic tertio pignora capta vt sua restituerentur, si tamen debitor alio iudicio contendat sua esse, & non tertii, hæc summaria cognitio & pronūtiatio tertio non proderit, sed ordinario iudicio cuius sit cognoscetur, vt ibi dicit tex. ad literam, ad hunc igitur locū pro casuum contingentia recurras, quia multæ & pulchræ inibi quæstiones, præsertim per Alex. examinantur, aliquæ etiam tanguntur per Salyc. l. fin. C. de execu. rei iudi. & per docto. l. ob maritorum. C. ne vxor pro marito.

22 Vnum te animaduertere volo, quòd si nūtius haberet in mandatis immittendi in possessionem Lælium

lium, in bonis Fabii & accederet ad fundum Lentuli seu per Lētulum possessum, quod poterit a Lentulo iuste arceri & prohiberi, vt dicit Alex. d. §. si super rebus nu. 15. quem videas.

23 Item & alterum, quod frequenter euenire scio, quòd si executores repererint bona possideri per debitorem; quòd quamuis tertius asserat esse sua, non propterea abstinere debent ab executione, quia possessio est penes debitorem, & cognitio iudici reserua-

24 bitur, vt prędixi. Sal. l. 2. num. 6. C. quan. fiscus vel priua. Quod verum puto nisi essent talia bona, quæ ex ipsarum inspectione, debitoris non esse apparerent, vt si fieret executio in domo mariti debitoris, & ibi vestes vxoris reperirentur, vel ipsius vxoris iocalia: tunc enim ex hac alia & vehementiori pręsūptione, eliderētur prior illa præsumptio, quę oritur ex possessione. Bald. & post eum Saly. l. ob maritorū. nu. 4. versi. quid si res istæ C. ne vx. pro mari. & propterea vidi multoties absquæ aliqua probatione desuper ab vxore facienda per peritissimos iudices vestimenta & similia muliebria a proteruis executoribus capta, ipsis mulieribus, absque alia desuper probatione facienda, restitui mandari.

25 Quinimmo cum semel & iterū contigisset, quòd mater & vxor propria eorū iocalia & vestes executoribus filium, & maritum ad carceres ducentes tradidissent, vt pignora retinerent, debitores relaxarēt & ea mulieres paulo post in iudicio contenderent pignora per eas data, eis restitui deberē, tandem pignora restituta fuisse scio, quia non minus iuuantur Senatusconsulto Velleiano mulieres, quę pro aliena obligatione pignus dant, quam quæ fideiubent l. Senatus-

natus-

natusconsultum & l. si qua mulier. & ibi Do. ^o C. ad Velle. nisi deciperent. l. si sine C. eo cum igitur et mulieres altera aureum torquem de suo collo detractum, altera vestem muliebrem dedissent, & mulieres esse apparerent, nō deceperunt executorem, qui homo est, & quidem forensis, cui iuris ignorantia non permittitur, & merito irrita executio remansit.

26 In venditione pignorum, vt res ad vnā consonantiam quoad fieri posset in tanta temporum & statutorum varietate reduceretur, statutum antiquū voluit, quòd si immobilia pignori capta essent. seruaretur aliud antiquum statutum de executione instrumentorum dotalium: & quamuis longa sit differentia inter pignus prætorium & iudiciale, de quo loquimur, vt per Alex. d. l. a diuo. §. in venditione nu. 37. & Ias. ibi num. 4. & per Ant. Neguśan. in tract. de pigno. in secundo & terrio membro tertię par. prin. tamen illud statutum tàm in prætorio quam in iudiciali seruandum erat: hodie autem hæc clare, & dilucide sunt terminata per statutum lib. 1. c. 194.

27 Si igitur mobilia sint, quę pignori per executores capta sint, inquit statutum prædictū, vt citetur reus ad videndum fieri mandatum de consignandis pignoribus mandatario siue nuntio ad effectum subhastandi, quo mandato per iudicem decreto, ipse nūtius illud afferre debet executori, qui tenetur ipsi nūtio bona per ipsum executorem pignori capta, consignare, ex tunc nuntius facta sibi consignatione, & citato reo ad videndum mandari subhastari bona pignori per executores capta, & iudicis decreto subsecuto, nuntius ipse bona illa in foro ter factē diuersis diebus eo modo quo fieri potest, producat quod

iuri

iuri communi cõsonum est: nam non semel, sed plu-ries & diu producenda sunt pignora & præconizanda. Bald. l. ordo, nu. 5. vers. item nota. C. de execut. rei iudi. Si verò commode portari non possent debebit mandatarius per schedulam ad valuas Curiæ affigendam qualitatem & quantitatem bonorum & nomen notarii significare, vt volẽtes offerre possint debentq; per notarium diligenter annotari nomina oblatorum, & quantitas oblata: quibus per actis, citetur reus ad videndum deliberari pignora plus offerenti, & Iudex interloquendo pronunciabit pignora deliberanda esse plus offerenti, nisi intra decem dies illa debitor reluerit ex statuto prædicto c. 183. versi. si vero mobilis.

De aliquibus, quæ hic cadere possent quæstionibus, visum est dicere in casu sequenti.

28 Sed si immobilia sint, in quibus executio fieri debet, tunc diligenter attende causarum patrone, ad formam à statuto prædicto cap. 194. traditam: quoniam scire debes, quòd est ad vnguem cum suis temporibus seruanda, alioqui processus remanebit irritus, vt dicit Bald. l. ordo. nu. 8. versi. notandum quòd si statuta C. de exec. rei iud. per cuius doctri. vidi sub hastationem vineę notabilis valoris reuocari, & Bal. sequitur Fabian. in d. tracta. de emptio. & vendi. in 5. part. princ. ver. insuper nota. nu. 88.

29 In primis igitur ponendus est creditor siue illius legitimus procurator, per excutorem, siue etiam per mandatarium Curiæ in possessionem rei immobilis, qua assecuta, debet silere per triginta dies continuos.

Et isti triginta dies sunt subrogati secũdum Ale. l. a diuo

l. à diuo pio. §. in venditione. nu. 10. in locum quadrimestris, quod dabatur iudicatis. l. intra dies. ff. de re iudi. l. 1. & 2. C. de vsur. rei iudi. vel etiam in locum duorum mensium, de quibus. l. debitoribus. ff. de re iudic.

30 Secundo elapsis diebus triginta debent citari aduersarii, ad videndum adiudicari instanti bona, in cuius possessione instans ipse immissus fuit, pro quantitate in sententia contenta, iuxta formam statutorum, sicque iudex pronuntiabit & adiudicabit.

31 Tertio debet citari reus ad videndum eligi peritos pro æstimandis bonis, in quorum possessione instans immissus fuit, & quæ ipsi instanti adiudicata fuerunt, iuxta formam statutorum, quos iudex ipse eliget: quod intelligo si partes in eligendo vel cõtumaces, vel discordes fuerint, qui periti intra quindecim dies continuos, bona æstimare debent, parte legitime vocata ad diem & locũ æstimationis faciendę: quia cognitio etiam extraiudicialis sine partium præsentia haberi non potest. l. fin. C. si per vim. vel alio modo. Bar. d. l. qui bona. §. si. ff. de damn. infect. Fel. c. veniens. in fi. vers. 4. inquantum de testi. & est magis commu. Sozi. l. si quis arbitraru. nu. 30. ff. de verb. oblig. Cagn. l. 2. n. 260. vers. 2. C. de rescindendi. & de hac visione loci instrumentum confici debet per causæ notarium, & in actis æstimationem per eos factam referre, in qua etiam relatione erit pars citanda, ad deponendum salarium peritorum, ad æstimandum electorum, alias videndum deponi animo repetendi, & ad videndum fieri relationem, & admitti, quæ relatio vt plurimum consueuit dari per peritos in scriptis, & aliquando clausa & sigilla-

ta,

ta, cum protestatione quòd non aperiatur nisi eis satisfacta mercede.

32 Hic vt vides estimatio subhastationem præcedere debet, quod etiam iure communi cautum est l. si quos C. de rescin. vend. qui text. licet loquatur in subhastationibus faciendis pro publicis debitis, contra priuatos, tamen locum habere debet multo magis in priuatis ad instantiã priuati, præsertim ex generali ratione posita in textu ibi, ne plus ex gratia emptor, &c. Item & quia ita demum deuenitur ad dationem insolutum, si vel iustus emptor siue nullus omnino reperiatur l. secunda C. si in cau. indi. pignus. & infra latius prosequar; non igitur scire possumus virum licitator iustum pretium obtulerit, & sic vtrum dationi insolutum locus sit, si æstimatio rei subhastandæ facta non sit.

Quarto fit proclama per præconem, de mandato iudicis in scriptis habito, in foro hora iuridica, & plateis Vrbis, cuius libet formam ascribere.

33 De mandato & commissione dello Eccellente Iurisconsulto Triboniano dell'Alma Citta di Roma Senatore Illustre, & a petitione & instantia del Magnifico Marcello Mauro per lo presente si commette a te Parmenone publico banditore, che vista la presente, bandischi per Roma nelli luoghi soliti & consueti di essa, & specialmente ne la Corte di Campidoglio, essendo la publica audientia, se alcuna persona di qual si voglia stato, grado & conditione si sia, volesse comprare vn Casale chiamato Tusculo, posto ne le parti del Latio vicino le robbe da vna bãda di Sempronio Attalo, & dall'altra di Quinto Cicerone, qual spetaua a Lutio Sceuola, & al presente

per

per virtù dell'inuestimento per noi concesso si ritie ne dal detto instante, venga & comparisca dauanti il detto Illustre Senatore sedente nel suo solito & iu ridico Tribunale, tra termine di otto giorni, ad offe rire sopra detto Casale, & quella offerta nelli atti pu blici di Licinio notario di detta causa far scriuere, & che passato detto termine, detto Casale si delibe rarà al più offerente, secondo la forma delli statuti di Roma, & sarà il compratore mantenuto nella pa cifica possessione di esso: Et hoc quia seruatis seruan dis, prout in actis notarii præfati, &c. Ideo, &c. Da tum Romæ in Curia Capitolii, die, &c.

34 Terminus ad offerendum datur dierum octo, vt vides de quo termino in statuto nihil dicitur Bar. ta men. l. licitatio. nu. 3. ff. de publ. & l. si tempora, in prin. C. de fid. instr. & iure hastæ fisca. lib. 10. & Bal. l. ordo. nu. 7. vers. quæro istud diu. C. de execu. rei iu di. dicunt quòd iste terminus est arbitrarius, & po test minui & augeri iudicis arbitrio & Bart. in for ma quam tradit. d. leg. licitatio. octo dierum me minit.

35 Sed quamuis hæc vera sint in maioribus, tamen si res minorum subhastentur, non poterit apponi minor terminus quàm dierum viginti authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccle. ita notabiliter concludit Bar. per illum text. quem locum habere in rebus minorum & reipublicæ tenet, d. l. licitatio. & d. l. si tempora. & Bar. opi. cōmuniter tenetur, vt dicit Fabian. de Monte in d. tract. de emptio. & ven di. in 4. par. princ. n. 83. & per hæc cum diceretur de nullitate subhastationis cuiusdam casalis quorun dam minorum, quia terminus dierum octo in Præ-

conio

conio fuerat appositus, iterum Præconizari feci cũ termino dierum viginti,præuio decreto iudicis, per quod fuit mandatum iterum subhastari casale, tanquam nulliter subhastarum, ex regula, quòd actus nullus non impedit, quo minus possit fieri validus. l.non putauit.§.non quęquis ff.de contra tab.Bart.au then atqui semel. co.5.& fi. C.de prob. Canon. late c.in literis. extra de offic. deleg. sicque iterum subhastatione facta denuo licitatores admissit fuerunt.

37 Hoc vnum admoneo, quòd si res minoris, aut eius qui æquale priuilegium habet, fuisset subhasta ta,& terminus lapsus ad licitandum, si ex eo lapsu minor læsus esset,restitueretur,& iterum subhastari posset.Bar.d.l.si tempora.n.7. per l.etsi sine §.quæsi tum ff.de min. sequitur Fabian. vbi supra.nu.87.

38 Sed quid si in termino per iudicem in edicto apposito & Præconizato,nullus ad licitãdum compareat,vtrum possit aliud,& sic secundum pręconium postulante creditore emitti? & posse dicit Bar.d. l.si tẽpora n.5.C.de fid.instr.& iure hastæ fisca. licet secus esset quando in primo termino aliquis comparuisset: quia tunc ex verbis in edicto appositis, ibi: quibus elapsis plus offerenti deliberabitur, ius est oblatori quęsitum. Bar.d.l.si tempora. nu.4 & propterea non debet in eius pręiudicium alius admitti, sed de hoc infra videndum est. quid enim si hic vnicus licitator minimum pretium offerret? an ex hoc quia solus, rem magni pretii occupabit? ceterum opin. Bar.de iterum subhastando, quãdo nullus ob tulit,vereor ne non vera sit in casu statuti nostri, in quo dicitur, & banno vnico præcedẽte.&c.igitur si

reus

reus opponat cuius interesset potius creditori insolutum dari, vt infra dicam, putarem non esse a forma recedendum, per ea quæ d. xi supra versi. sed si immobilia.

39 Illud compertum est, quòd secundo plus licitanti praeundus a sua oblatione per quam se obligauerat, ex sententia Bar. d. l. licitatio. nu. 4. & d. l. si tempora. nu. 3. est liberatus, vtrum esset Bar. ibi, quid si vltimus licitator vel soluendo non sit, vel aufugiat, vtrum penultimus, qui ex hac vltima oblatione liberatus fuerat, iterum in obligationis vinculu redeat? & Bar. tenuit d. l. licitatio. in princ. penultimum obligatum remanere, per l. Sabinus cum l. sequen. ff. de in diem adiectio. & pro hac parte consuluit Bal. in casu contingente in Ciuitate Cremonæ, vt refert Fabian. de Monte de emptio. & vẽdi. in quinta part. princ. ver. de forma autem nu. 85. qui opin. Bart. pluribus medijs comprobare nititur. idem. vero Bald. vt refert Crement. sing. 40. tu scis quòd forma, consuluit cõtrarium in consilio Perusino, scilicet penultimum liberatum esse, quem sequitur Cassane. in consuet. in tit. de rentes vendues a recathes § 2. nu. 22. mihi si calculũ afferre liceret, verior videretur opinio Bar. tum per d. l. Sabinus cum etiam ex rationibus per Fabianũ adductis, ex ea præsertim, quia esset aperta via licitanti, vt si pæniteret obtulisse, aliũ nõ idoneum supponeret, & sic ipse liberaretur, & res remaneret inempta, quod esse non debet l. cum ii. §. si cum his. ff. de transactio. cum concor. ibi per glo.

41 Scias etiam quòd si quis offeret non vt ipse emeret, sed suppositus ad effectum vt alium ad carius offerendum induceret, puniri posset crimine stelliona-

tus, ita Roma sing. 567. offerens. quem sequitur Fabian. de Monte d. tract. de emptio. in quinta part. princ. nu. 89.

42 Quo in loco ipse Fabia. dicit vnum, quod non putauit prætermittendum, quòd si plures successiuè idem pretium offerant, primus præferri debet, sed si omnes eodem temporis momento concurrant, aut fiet inter eos diuisio, aut gratificationi locus erit, quæ sunt notanda.

43 Et hoc etiam aliud non omittendum est, quòd si is qui exclusus est à secundo oblatore, velit iterum offerre, & secundum superare, si in termino est, admitti debet. Bar. post glo. d. l. si tempora. nu. 9. Fabia. vbi supra, veri. de forma. nu. 92.

44 Ipse quoq; creditor ad licitandum admitti debet l. 2. vbi Sal. C. si in ca. iud. pig. Bal. d. l. ordo. in prin. C. de execu. rei iudi. glo. l. a diuo. §. si pignora. quam ibi sequitur Bar. & Alex. nu. 11. ff. de re iud.

Sed quid si res fuerit per peritos æstimata mille, & fuerint à licitatoribus oblata quingenta; nunquid ex eo quia iudex in Præconio obtulit plus offerenti daturum, huic licitatori dari debeat? & magis puto non debere: nam emptorem non reperiri, & indigne licitantem reperiri à l. æquiparantur l. 2. C. si in caus. iudi. pign. & ibi Bal. & Saly. l. illo eo tit. Iacob. Butr. l. ordo. C. de exec. rei iudi. glo. d. l. à diuo. §. si pignora. in verb. non inueniat. & ibi Ale. nu. 6. Afflict. decis. 358. in causa inter nobilem. nu. 6. eo igitur casu creditori dabitur insolutum, vt infra dicam.

46 Sed stat difficultas, quod dicatur iustum pretium esse, de quo late disserunt Doct. l. 2. C. de rescin. vend.

Tira-

Tiraquel. in tract. de retraitet lignagier. §. 1. in gloss. 18. in princ. post multos, tenet iustum pretium esse quanti res vendi posset in loco publico. Ego in terminis, in quibus loquimur cum essem in ciuitate Neapolis audiui saepe virum doctissimum Ioannem Martialem. tunc consilii Neapolitani Regentem, dicentem iustum pretium appellari, si verus rei valor in sexta parte non laedatur, ex sententia Bart. l. si societatem. §. arbitrorum. vers. quaero, quae dicatur parua nu. 25. ff. pro socio, vbi inquit ipse Bart. quod in taxatione pretii facta ab alio quam a domino, laesio vltra sextam partem rescissionem parat, & hoc idem voluit Gemi. consi. quarto. quartet consilia Calderini, tit. de arbitris. statutum vero nostrum, vt paulo inferius deducam, videtur de tertia parte veri valoris, siue aestimationis factae a peritis considerasse: nam quando dat creditori insolutum, vt infra dicã, dat cum augmento tertiae partis, vt si creditum sit trecentorum, extinguatur cum re valoris quadringentorum. iustum igitur oblatorem eum crederem in terminis statuti nostri, qui tres partes ex quatuor aestimationis offerret: nam debitor ex re proportionabiliter ad debitum, nisi reluerit, tantum omnino est consecuturus, me tamen tum in hoc, cum etiam in caeteris omnium iudicio melius sentientium, remitto.

Verba igitur statuti de quo loquimur, ibi, si aliquis apparuerit emptor, dentur & vendantur per iudicem plus offerenti, declarata remenent ex praemissis, si is oblator iniustus non sit.

47 Quinto igitur loco si oblator iustus apparuerit, citabitur reus ad videndum deliberari bona subhastata

stata Sempronio plus offerenti, iuxta formam statutorum, & tunc Iudex deliberabit plus offerēti nisi intra mensem debitor soluerit ex noua dicti statuti prouisione. Quo mēse elapso iterum citabitur reus ad videndum fieri instrumentum venditionis eorūdem bonorum, eidem Sempronio, & pretium pro concurrenti quantitate crediti infrascripti instantis ipso instanti solui, & residuum (si plus erit) deponi penes acta Notarii, & decerni mandatum de immittendo in possessionem dictum Sempronium oblatorem, iuxta formam iuris & statutorum ad pr. di. Qua citatione executa, præuio iudicis decreto, omnia implebuntur, prout in citatione continentur.

48 Mandat statutum, de quo loquimur, vt debitor & illius hæredes perinde de euictione & defensione rei subhastatæ teneantur, ac si ipse debitor vēdidisset, quod & in sequēti casu dationis insolutum procedit, quod quidem circumscripto statuto, iure communi verum est, l. si ob causam C. de euicti. l. si plus ver. & si iussu. eo. tit. quo in loco tex. declarat debitorem euictione secuta non ad duplum, sed tantum ad pretium, & vsuras teneri, de quo per Alex. d. l. a diuo. §. si post, ad dictum nu. 7. ff. de re iudi.

49 Sed si aut nullus emptor aut iniustus apparebit, quod idē est, vt prædixi, tunc sexto loco ad dationē insolutum deueniendum erit, ex eodem de quo loquimur statuto: & licet hoc casu multæ quidem & notabiles quæstiones tractentur a Docto. l. a diuo. §. si pignora ff. de re iudi. vnde statutum nostrum sumptum esse videtur, & per Bald. & alios l. ordo. C. de execu rei iudi. tamē statutum nostrum clare aperit dationem insolutum esse faciendam pro quantitate

te debiti, & tertia parte pluri, ita vt si res sit valoris mille, cred. tum sit trecentorum, assignabitur creditori tãta pars rei subhastatæ, quæ ascendat ad quantitatem quadringentorum (trecenta enim extenuant debitum, & centum cedunt in augmentum) per quã dationem insolutum vult statutum, quòd ipse creditor efficiatur dominus, & vendat cui vult, debitor tamen poterit bona intra sex menses à die dictæ dationis insolutum numerandos reluere, soluendo quantitatem debitam, pro qua fuit facta missio & executio.

50 Hoc igitur casu citabitur reus ad videndum infrascripto instanti dari insolutum bona, super quibus executio facta fuit, pro concurrenti quantitate & augmento tertiæ partis pluris, iuxta formam statutorum, & iudex interloquendo assignabit creditori tantum de bonis subhastatis, quòd ascendat ad quantitatem creditori debitam, & tertiam partem vltra, iuxta formam statutorum.

51 Sed nunquid ab hoc secundo decreto dationis insolutum liceat appellare? & quidem tot videntur esse opiniones quot capita. Alex. tamen l. si finita. §. Iulianus n. 20. ff. de damno infe. post relatas multorum opin. dicit magis communem, non posse, præsertim in casu nostro, in quo præcedit sententia diffinitiua, de mente Saly. authen. ei qui. in penult. quæst. C. de bon. auctor. iudi. possi. & hanc credo verissimam, & propterea statuentes indulserunt semestre spatium ad reluendum.

52 Augmentum hoc tertiæ partis quod à statuto datur, non est iure communi incognitum, authen. hoc ius porrectum. C. de sacr. san. eccle. vbi glo. in verb.

decima. licet ibi augeatur decima rei, hic tertia crediti: & hoc quidem rationabile est, cum inuitus creditor rem pro pecunia accipere cogatur contra iuris regulas, vt ibi glo. aduertit.

53 In hoc semestri computando, menses triginta dierum singuli erunt computandi, vt dixi supra de fatalibus, audiui tamen Reuerendiss. D. Iacobum Cardinalem de Puteo, tunc Rotæ Auditorem, (in vna Cardellana bonorum, in qua d. Iulia de Marganis, triduo post lapsum termini sex mensium, de quibus loquimur, vt prædixi computatum depositum fecerat) dicentem, Rotam sensisse, quòd si terminus non fuisset lapsus nisi per vnum tantùm diem, quòd debitor deberet audiri ex benignitate. l. vbi lex. ff. de reg iur. sed quia triduum intercesserat, ipsa fuit exclusa, de cuius diei computatione per Tiraq. de retraict. lignagier. §. 1 in glo. 11. n. 18 sed hodie omnis hæc difficultas est sublata ex statuto lib. 1. c 197. versiculo menses.

54 Quamuis creditor ex hac datione insolutum efficiatur Dominus, & regula sit quod singulares successor non teneatur stare colono l. emptorem. C. loca. cum concor. tamen hic creditor non poterit inquilinum, aut colonum expellere, nisi fraus debitoris conuinceretur, vt si locasset modico pretio, immi nente iam sententia vel datione insolutum, vt dicit Tiraquel. de retraict conuention. §. 3. numer. 17. & 18. post Bald. Alexand. Ias. & alios, de quibus ibi per eum.

55 Vnum etiam admoneo de mente eiusdem Andreę Tiraquelli, quòd hæc non est proprie datio insolutum, neque comprehenderetur sub statutis loquentibus

tibus de datione insolutum, cum hæc dicatur addictio pignoris, vt ipse late prosequitur, in tit. de retractu lignagier § 1. in glo. 4. n. 8.

56 Cæterum si nec mobilia nec immobilia reperiantur, nec debitor ipse capi possit, nomina debitorum pignori capienda erunt, ad quæ tandem in subsidiũ non existentibus aliis in casu, de quo loquimur deueniendum erit: nam hoc casu neque statutum antiquum prouidebat, neque consuetudo aliqua erat, vt apparet ex forma mandat. supra annotata, igitur statutum nouum ius commu. sequens d. cap. 194. versiculo sin autem super nominibus formam etiam in hoc tradidit: siquidem, si facta excussione per nuntiũ aut executorem neque mobilia neque immobilia reperiantur, in quibus executio fieri possit. Bart. l. 2. C. quan. fis. vel priua. in secunda lectura, in princ. & ibi Bald. in prin. & nu. 1. & ibi etiam Saly. in prin. n. 5. qui expresse tenet excussionem mobilium & immobilium præcedere debere, & hoc videntur præsupponere omnes Docto. d. l. à diuo. §. sic quoque. ff. de re iudi. ad nomen deueniatur.

57 De cuius excussionis forma videbis per Bald. d. l. in num. 9. & per Saly. ibi colum. fin. versicu. hoc attende.

Hoc igitur casu, quo ad nomen deueniendũ erit, vocabitur nomen, idest, debitor debitoris in iudicio, ibique per iudicem interrogabitur, si debitor sit cõdemnari, qui si confitebitur; tunc iudex iubebit, illud nomen pignori penes creditorem esse, ita dicit glos. l. pri. C. de præto. pign. quam ibi Bald. approbat, & sequuntur Bart. & idem Bal. ac Saly. l. 2. C. quan. fis. vel priu. omnes sub num. 4. & Alex. d. l. à diuo. §. sic

quoque num. 12. & ibi Ias. versi. capio, glo. ff. de re iudi. & est communis, vt dicit Ias. ibi.

Forma autem procedendi hæc erit, citabitur debitor debitoris ad videndum productionem præparatoriorum, & respondendũ illis sub grauaminis comminatione, in quibus interrogabitur nomen si sit debitor illius condemnati, & pro qua quantitate eoque contumace existente, procedetur ad grauamen, vt tædio affectus veniat ad respondendum, & hanc praxim sumo ex dictis Bald. d. l. 2. col. pe. nu. 10. versi. quæro quid igitur si venit aduersarius. C. quan. fis. vel priua. vbi dicit, quòd debitor debitoris non erit audiendus si petat sibi dari libellum super hac materia, quia quando præparatorium ordinatur etiam ad iudicium, in quo libellus requiritur, non datur in præparatorio libellus, sicque hanc interrogationem in modum præparatorii faciendam esse senti e videtur.

Credo etiam quòd poterit moneri iste debitor, quatenus intra triduum debeat in actis declarasse, si sit debitor illius condemnati sub certa pęna, quo existente contumace procedetur ad pœnam, & executionem captis pignoribus, vt fit in cæteris casibus in quibus moniti contumaces existunt.

Si igitur confitebitur se debitorem, tunc quia cõfessus pro iudicato habetur l. 1. ff. de confess. cum concor. fiat per iudicem præceptum de soluẽdo, infra octo dies ad instar mandati de parẽdo, & eo cessante ad executionem, vt supra dixi deuenietur, & mandatum contra reum relaxatum quæ ipsum exequetur.

Sed si neget se debitorem, tunc maior est quęstio, de

de qua per Doct. d.l.2 C. quan. fil. vel priu. & d.l. à diuo. §. sic quoque & de re iud. vbi est tex. nota. ex quibus in effectu colligitur regula, quòd si debitor negat, executio fieri non potest. Quæ regula de mente Alex. d. §. sic quoque num. 2 & 3. post relatos per ipsum, qui late disserit, limitatur primo non procedere, si constet aperte, puta per publicum instrumentum, de debito negato: quia tunc non obstante negatione, vt pote manifeste calumniosa, proceditur ad executionem, idest, præceptum de soluendo, & demum ad relaxationem mandati, & executionem, vt dixi. Secundo limitatur quando incontinenti posset doceri de calumnia & debito, quia res non requireret altiorem indaginem, doct. n. de præmissis, executio fieret, vt supra. Tertiò quando debitor esset annuæ præstationis, in cuius quasi possessione exigendi condemnatus reperiretur, quia tunc etiam executio non impediretur, sed hodie statuto modo cauetur vt citato reo adiecdendum nomen sui debitoris, & eo cessante Iudex loco debitoris cedat & credetur contra debitorem debitoris iuxta causæ naturam procedat.

Absente autem condemnato, deputabitur curator bonis absentis, qui poterit etiam esse ipse idem creditor, vt dicit Bald. d. l. 2. num. 3. vers. secundo quæro. & ibi Saly col. 1. vers. quæro igitur, quid si de malitia, qui curator dato libello & lite cōtestata vel aliàs, secundum naturam causarum procedendo illum debitorem conuincet, & demum ad executionem, vt infra procedet ita Bart. & Bald d. l. 2. C. quan. fil. ille in prin. hic num. 3. Alex d. §. sic quoque nu. 5. & rursus nu. 10. & ibi Ias. nu. 3.

conio fuerat appositus, iterum Præconizari feci cũ termino dierum viginti, præuio decreto iudicis, per quod fuit mandatum iterum subhastari casale, tanquam nulliter subhastarum, ex regula, quòd actus nullus non impedit, quo minus possit fieri validus. l.non putauit. §.non quęuis ff. de contra tab. Bart. au then atqui semel. co. 5. & fi. C. de prob. Canon. late c. in literis. extra de offic. deleg. sicque iterum subhastatione facta denuo licitatores admissi fuerunt.

37 Hoc vnum admoneo, quòd si res minoris, aut eius qui æquale priuilegium habet, fuisset subhasta ta, & terminus lapsus ad licitandum, si ex eo lapsu minor læsus esset, restitueretur, & iterum subhastari posset. Bar. d. l. si tempora. n. 7. per l. etsi sine §. quæsi tum ff. de min. sequitur Fabian. vbi supra. nu. 87.

38 Sed quid si in termino per iudicem in edicto apposito & Præconizato, nullus ad licitãdum comparcat, vtrum possit aliud, & sic secundum pręconium postulante creditore emitti? & posse dicit Bar. d. l. si tẽpora n. 5. C. de fid. instr. & iure hastæ fisca. licet secus esset quando in primo termino aliquis comparuisset: quia tunc ex verbis in edicto appositis, ibi: quibus elapsis plus offerenti deliberabitur, ius est oblatori quęsitum. Bar. d. l. si tempora. nu. 4 & propterea non debet in eius pręiudicium alius admitti, sed de hoc infra videndum est. quid enim si hic vni cus licitator minimum pretium offerret? an ex hoc quia solus, rem magni pretii occupabit? ceterum opin. Bar. de iterum subhastando, quãdo nullus ob tulit, vereor ne non vera sit in casu statuti nostri, in quo dicitur, & banno vnico præcedẽte. &c. igitur si

reus

rius opponat cuius intereslet potius creditori inso-
lutum in diem, ut infra dicam, putarem non esse a for-
ma recedendum, per ea quae d. xi supra versi. sed si
in mobilia. ...
39 illud compertum est, quòd secundo plus licitan-
ito prandis a sua oblatione per quam se obligauerat,
ex sententia Bar. d. n. licitatio nu. 4 & d. l. si tempora.
nu. 3. est liberatus, verdies Bar. ibi, si dicquod si vltimus
licitator vel soluendo non sit, vel aufugiat, vtrû pe-
40 nultimus, qui ex hac vltima oblatione liberatus fue
rat, iterum in obligationis vinculu redeat? & Bar. te
nuit d. l. licitatio in princ. penultimum obligatum
remanere, per l. Sabinus cum l. sequen ff. de in diem
adiectio. & pro hac parte consuluit Bal. in casu con-
tingente in Ciuitate Cremonae, vt refert Fabian. de
Monte de empti. & vēditi. in quinta part. princi. ver.
de forma autem nu. 85. qui opin. Bart. pluribus me-
diis comprobare nititur. idem vero Bald. vt refert
Crement. sing. 40. tu scis quòd forma, consuluit cō-
trarium in consilio Perusino, scilicet penultimum li-
beratum esse, quem sequitur Cassane. in consuet. in
tit. de rentes vendues a recathes § 2. nu. 22. mihi si
calculū afferre liceret verior videretur opinio Bar.
tum per d. l. Sabinus cum etiam ex rationibus per
Fabianū adductis, ex ea praesertim, quia esset aper-
ta via licitanti, vt si paeniteret obtulisse, aliū nō ido-
neum supponeret, & sic ipse liberaretur, & res rema-
neret inempta, quod esse non debet l. cum n. §. si
cum his. ff. de transactio. cum concor. ibi per glo.
41 Scias etiam quòd si quis offeret non vt ipse eme-
ret, sed suppositus ad effectum vt aliquē ad carius of-
ferendum induceret, puniri potest crimine stelliona-

tus, ita Rom. sing. 567. offerens. quem sequitur Fabian. de Monte d. tract. de emptio. in quinta part. princ. nu. 89.

42 Quo in loco ipse Fabia. dicit vnum, quod non putaui prætermittendum, quòd si plures successiue idem pretium offerant, primus præferri debet, sed si omnes eodem temporis momento concurrant, aut fiet inter eos diuisio, aut gratificationi locus erit, quæ sunt notanda.

43 Et hoc etiam aliud non omittendum est, quòd si is qui exclusus est a secundo oblatore, velit iterum offerre, & secundum superare, si in termino est, admitti debet. Bar. post glo. d. l. si tempora. nu. 9. Fabia. vbi supra, veri. de forma. nu. 92.

44 Ipse quoq; creditor ad licitandum admitti debet l. 2. vbi Sal. C. si in ca. iud. pig. Bal. d. l. ordo. in prin. C. de execu. rei iudi. glo. l. a diuo. §. si pignora. quam ibi sequitur Bar. & Alex. nu. 11. ff. de re iud.

45 Sed quid si res fuerit per peritos æstimata mille, & fuerint a licitatoribus oblata quingenta, nunquid ex eo quia iudex in Præconio obtulit plus offerenti daturum, huic licitatori dari debeat? & magis puto non debere: nam emptorem non reperiri, & indigne licitantem reperiri a l. æquiparantur l. 2. C. si in caus. iudi. pign. & ibi Bal. & Saly. l. illo eo tit. Iacob. Butr. l. ordo. C. de exec. rei iudi. glo. d. l. a diuo §. si pignora. in verb. non inueniãt: & ibi Ale. nu. 6. Afflict. decii. 358. in causa inter nobilem. nu. 6. eo igitur casu creditori dabitur insolutum, vt infra dicam.

46 Sed stat difficultas, quod dicatur iustum pretium esse, de quo late differunt Doct. l. 2. C. de rescin. vẽd.

Tira-

Tiraquel. in tract. de retract. lignagier. §. 1. in gloss. 18. in princ. post multos, tenet iustum pretium esse quanti res vendi posset in loco publico. Ego in terminis, in quibus loquimur cum essem in ciuitate Neapolis audiui saepe virum doctissimum Ioannem Martialem. tunc consilii Neapolitani Regentem, dicentem iustum pretium appellari, si verus rei valor in sexta parte non laedatur, ex sententia Bart. l. si societatem. §. arbitrorum. versi. quaero, quae dicatur parua nu. 25. ff. pro socio, vbi inquit ipse Bart. quod in taxatione pretii facta ab alio quam a domino, laesio vltra sextam partem rescissionem parat, & hoc idem voluit Gemi. consi. quarto inter consilia Calderini, tit. de arbitris. statutum vero nostrum, vt paulo inferius deducam. videtur de tertia parte veri valoris, siue aestimationis factę a peritis considerasse: nam quando dat creditori insolutum, vt infra dicā, dat cum augmento tertiae partis, vt si creditum sit trecentorum, extinguatur cum re valoris quadringentorum. iustum igitur oblatorem eum crederem in terminis statuti nostri, qui tres partes ex quatuor aestimationis offerret: nam debitor ex re proportionabiliter ad debitum, nisi reluerit, tantum omnino est consecuturus, me tamen tum in hoc, cum etiam in caeteris omnium iudicio melius sentientium, remitto.

Verba igitur statuti de quo loquimur, ibi, si aliquis apparuerit emptor, dentur & vendantur per iudicem plus offerenti, declarata remenent ex praemissis, si is oblator iniustus non sit.

47 Quinto igitur loco si oblator iustus apparuerit. citabitur reus ad videndum deliberari bona subhastata

stata Sempronio, plus offerenti, iuxta formam statutorum, & tunc Iudex deliberabit plus offerēti nisi intra mensem debitor soluerit ex noua dicti statuti prouisione. Quo mēse elapso iterum citabitur reus ad videndum fieri instrumentum venditionis eorūdem bonorum, eidem Sempronio, & pretium pro concurrenti quantitate crediti infrascripti instantis ipso instanti solui, & residuum (si plus erit) deponi penes acta Notarii, & decerni mandatum de immittendo in possessionem dictum Sempronium oblatorem, iuxta formam iuris & statutorum ad pr. di. Qua citatione executa, præuio iudicis decreto, omnia implebuntur, prout in citatione continentur.

48 Mandat statutum, de quo loquimur, vt debitor & illius hæredes perinde de euictione & defensione rei subhastatæ teneantur, ac si ipse debitor vēdidisset, quod & in sequēti casu dationis in solutum procedit, quod quidem circumscripto statuto, iure communi verum est, l. si ob causam C. de euicti. l. si plus ver. & si iussu. eo. tit. quo in loco tex. declarat debitorem euictione secuta non ad duplum, sed tantum ad pretium, & vsuras teneri, de quo per Alex. d. l. a diuo. §. si post, ad dictum nu. 7. ff. de re iudi.

49 Sed si aut nullus emptor aut iniustus apparebit, quod idē est, vt prædixi, tunc sexto loco ad dationē in solutum deueniendum erit, ex eodem de quo loquimur statuto: & licet hoc casu multæ quidem & notabiles quæstiones tractentur a Docto. l. a diuo. §. si pignora ff. de re iudi. vnde statutum nostrum sumptum esse videtur, & per Bald. & alios l. ordo. C. de execu rei iudi. tamē statutum nostrum clare aperit dationem in solutum esse faciendam pro quantitate

te debiti, & tertia parte pluris, ita vt si res sit valores mille, cred. tum sit trecentorum, assignabitur creditori tāta pars rei subhastatae, quae ascendat ad quantitatem quadringentorum (trecenta enim extenuant debitum, & centum cedunt in augmentum) per quā dationem in solutum vult statutum, quòd ipse creditor efficiatur dominus, & vendat cui vult, debitor tamen poterit bona intra sex menses à die dictae dationis insolutum numerandos reluere, soluendo quantitatem debitam, pro qua fuit facta missio & executio.

50 Hoc igitur casu citabitur reus ad videndum infrascripto instanti dari insolutum bona, super quibus executio facta fuit, pro concurrenti quantitate & augmento tertiae partis pluris, iuxta formam statutorum, & iudex interloquendo assignabit creditori tantum de bonis subhastatis, quòd ascendat ad quantitatem creditori debitam, & tertiam partem vltra, iuxta formam statutorum.

51 Sed nunquid ab hoc secundo decreto dationis insolutum liceat appellare? & quidem tot videntur esse opiniones quot capita. Alex. tamen l. si finita. §. Iulianus n. 20. ff. de damno infe. post relatas multorum opin. dicit magis communem, non posse, praesertim in casu nostro, in quo praecedit sententia diffinitiua, de mente Saly. authen. ei qui. in penult. quaest. C. de bon. auctor. iudi. possi. & hanc credo verissimam, & propterea statuentes indulserunt semestre spatium ad reluendum.

52 Augmentum hoc tertiae partis quod à statuto datur, non est iure communi incognitum, authen. hoc ius porrectum. C. de sacr. san. eccle. vbi glo. in verb.

decima. licet ibi augeatur decima rei, hic tertia crediti: & hoc quidem rationabile est, cum inuitus creditor rem pro pecunia accipere cogatur contra iuris regulas, vt ibi glo. aduertit.

53 In hoc semestri computando, menses triginta dierum singuli erunt computandi, vt dixi supra de fatalibus, audiui tamen Reuerendiss. D. Iacobum Cardinalem de Puteo, tunc Rotæ Auditorem, (in vna Cardellana bonorum, in qua d. Iulia de Marganis, triduo post lapsum termini sex mensium, de quibus loquimur, vt prædixi computatum depositum fecerat) dicentem, Rotam sensisse, quòd si terminus non fuisset lapsus nisi per vnum tantùm diem, quòd debitor deberet audiri ex benignitate. l. vbi lex. ff. de reg iur. sed quia triduum intercesserat, ipsa fuit exclusa, de cuius diei computatione per Tiraq. de retraict. lignagier. §. 1. in glo. 11. n. 18 sed hodie omnis hæc difficultas est sublata ex statuto lib. 1. c 197. versiculo menses.

54 Quamuis creditor ex hac datione insolutum efficiatur Dominus, & regula sit quod singularis successor non teneatur stare colono l. emptorem. C. loca. cum concor. tamen hic creditor non poterit inquilinum, aut colonum expellere, nisi fraus debitoris conuinceretur, vt si locaAet modico pretio, immi nente iam sententia vel datione insolutum, vt dicit Tiraquel. de retraict conuention. §. 3. numer. 17. & 18. post Bald. Alexand. Ias. & alios, de quibus ibi per eum.

55 Vnum etiam admoneo de mente eiusdem Andreę Tiraquelli, quòd hæc non est propriè datio insolutum, neque comprehenderetur sub statutis loquentibus

tibus de datione in solutum, cum haec dicatur addictio pignoris, vt ipse late prosequitur, in tit. de retract. lignagier § 1. in glo. 4. n. 8.
56 Caeterum si nec mobilia nec immobilia reperiatur, nec debitor ipse capi possit, nomina debitorum pignori capienda erunt, ad quae tandem in subsidiu non existentibus aliis in casu, de quo loquimur deueniendum erit: nam hoc casu neque statutum antiquum prouidebat, neque consuetudo aliqua erat, vt apparet ex forma mandat. supra annotata, igitur sta tutum nouum ius commu. sequens d. cap. 194. versiculo sin autem super nominibus formam etiam in hoc tradidit: siquidem, si facta excussione per nuntiu aut executorem neque mobilia neque immobilia reperiantur, in quibus executio fieri possit. Bart. l. 2. C. quan. fis. vel priua. in secunda lectura, in princ. & ibi Bald. in prin. & nu. 1. & ibi etiam Saly. in prin. n. 5. qui expresse tenet excussionem mobilium & immobilium praecedere debere, & hoc videntur praesupponere omnes Docto. d. l. a diuo. §. sic quoque. ff. de re iudi. ad nomen deueniatur.
57 De cuius excussionis forma videbis per Bald. d. [illegible] m. 9. & per Saly. ibi colum. fin. versicu. hoc attende.

Hoc igitur casu, quo ad nomen deueniendu erit, vocabitur nomen, id est, debitor debitoris in iudicio, ibique per iudicem interrogabitur, si debitor sit co demnari, qui si confitebitur; tunc iudex iubebit, illud nomen pignori penes creditorem esse, ita dicit glos. l. pri. C. de praeto. pign. quam ibi Bald. approbat, & sequuntur Bart. & idem Bal. ac Saly. l. 2. C. quan. fis. vel priu. omnes sub num. 4. & Alex. d. l. a diuo. §. sic

Y 4 quoque.

quoque num. 12. & ibi Ias. versi. capio, glo. ff. de re iudi. & est communis, vt dicit Ias. ibi.

Forma autem procedendi hæc erit, citabitur debitor debitoris ad videndum productionem præparatoriorum, & respondendũ illis sub grauaminis comminatione, in quibus interrogabitur nomen, si sit debitor illius condemnati, & pro qua quantitate eoque contumace existente, procedetur ad grauamen, vt tædio affectus veniat ad respondendum, & hanc praxim sumo ex dictis Bald. d. l. 2. col. pe. nu. 10. versi. quarto quid igitur si venit aduersarius. C. quan. fis. vel priua. vbi dicit, quòd debitor debitoris non erit audiendus si petat sibi dari libellum super hac materia, quia quando præparatorium ordinatur etiam ad iudicium, in quo libellus requiritur, non datur in præparatorio libellus, sicque hanc interrogationem in modum præparatoriũ faciendam esse sentire videtur.

Credo etiam quòd poterit moneri iste debitor, quatenus intra triduum debeat in actis declarasse, si sit debitor illius condemnati sub certa pęna, quo existente contumace procedetur ad pœnam, & executionem captis pignoribus, vt fit in cæteris casibus in quibus moniti contumaces existunt.

Si igitur confitebitur se debitorem, tunc quia cõfessus pro iudicato habetur l. 1. ff. de confess. cum concor. fiat per iudicem præceptum de soluẽdo, intra octo dies, ad instar mandati de parẽdo, & eo cessante ad executionem, vt supra dixi deuenietur, & mandatum contra reum relaxatum quæ ipsum exequetur.

Sed si neget se debitorem, tunc maior est questio

de

de qua per Docto. d. l. 2. C. quan. fil. vel prin. & d. § a diuo. §. sic quoque si de re iud. vbi est tex. nota. ex quibus in effectu colligitur regula, quòd si debitor negat, executio fieri non potest. Quæ regula de mente Alex. d. §. sic quoque num. 2 & 3. post relatos, et ipsum, qui late differit, limitatur primo non procedere, si constet aperte, puta per publicum instrumentum, de debito negantis quia tunc non obstante negatione, vt pote manifeste calumniosa, proceditur ad executionem, idest, præceptum de soluendo, & demum ad relaxationem mandati, & executionem, vt dixi. Secundo limitatur quando incontinenti posset doceri de calumnia & debito, quia res non requireret altiorem indaginē, docto. n. de præmissis, executio fit, vt supra. Tertio quando debitor esset annuæ præstationis, in cuius quasi possessione exigedi condemnatus reperiretur, quia tunc etiam executio non impediretur, sed hodie statuto modo cauetur vt citato reo addicendū nomen sui debitoris, & eo cessante Iudex loco debitoris cedat & credetur contra debitorem debitoris iuxta causæ naturam procedat.

Absente autem condemnato, deputabitur curator bonis absentis, qui poterit etiam esse ipse idem creditor, vt dicit Bald. d. l. 2. num. 3. vers. secundo quæro. & ibi Saly. col. 1. vers. quæro igitur, quid si de malitia, qui curator dato libello & lite cōtestata vel aliàs, secundum naturam causarum procedendo illum debitorem conuincet, & demum ad executionem, vt infra procedet ita Bart. & Bal. d. l. 2. C. quan. fis. ille in prin. hic num. 3. Alex. d. §. sic quoque nu. 5. & rursus nu. 10. & ibi Ias. nu. 3.

Declarat autem statutu nostru quod cessio prædicta per Iudicem vel reum facta ita demum liberet debitorem quatenus creditor exigere poterit, & insuper mandat quòd ex præmissis interim præiudicium creditori non intelligatur quo minus executionem realem & personalem contra debitorem facere possit, & quòd postquã debitori debitoris per creditorem cessio denunciata fuerit, aut fuerit per primũ creditorem iudicialiter interpellatus, quòd solutio facta suo creditori, ipsi creditori creditoris non noceat, nec soluentem liberet.

59 Et hæc quando nomen non erat obligatum ipsi creditori, cęterum quando & nomen debitoris erat victori, seu creditori obligatũ, siue in genere siue in specie, alia est materia, de qua per Saly. d. l. 2. & per Alex d §. sic quoque, cum aliis locis per eum adductis, ibi videbis: de quo etiam per Staph. de lit. iust. fol. 150. secundũ primam impressionem, versi. constat autem, qui loquitur circumscriptus statutis.

De executione rei iudicatæ in executiuis. Cap. III.

1 *Executio rei iudicatæ, in executiuis instrumentorum & apocharum, fit vt hic.*

2 *Executio iudicati dotalium instrumentorum, datur in mobilibus, & immobilibus, & contra nomina debitorum, vt actor eligit citra personalem.*

3 *Testamentorum executio iudicati, etiam personalis fieri potest nisi hæres inuentario iuuetur.*

HÆC

1 HAEC de executione facienda in causis ordinariis. Cæterum si tractetur de executione instrumentorum siue apocharum vulgarium causarum, tunc si sententia confirmata sit quia in prima sententia mandatū executiuum relaxatum erit, vt dixi in prima instantia, iudex confirmans mandatum prædictum relaxabit, & cū eo executio fiet, tā realis quàm personalis, & in bonis mobilibus & immobilibus, ad electionem creditoris, & electio vnius viæ non præiudicabit aliæ, vt dicit statutum lib. 1. cap. 82. si verò non fuerit appellatum, elapso termino ad appellandum, habebitur mandatum à iudice, qui illud decreuit siue relaxauit, & fiet executio, vt proximè dixi, sed si fuerit appellatum & appellatio deseratur aliquo casu, vt dixi supra de appellatione in executiuis, tunc habita fide iudicis ad quē, & ea producta, coram iudice à quo mandatum in prima sententia decretum relaxabitur, & ad executionem, vt dixi, procedetur.

Vtrum autem hæres debitoris capi possit, dicam infra hoc eo. tit. vers. testamentorum. Et idem modus & forma seruabitur si sit petita apocę priuatæ executio, eodem lib. 1. cap. 83.

2 Hæc eadem seruanda erunt in executione dotalium instrumentorū, & fiet executio realiter & personaliter quo ad obligatos, & eorum hæredes prout actor elegerit, & per electionem vnius vię alteri nō erit obligatum, & contra hæredes debitoris si priuilegio inuentarii non sint tuti & ad instantiam hæredum creditoris vt lib. 1. cap. 82. 485.

3 Testamētorum quoque executio si sit petita, hæc eadem attendenda erunt, in quibus etiam persona-

lis

lis executio fieri poterit, nisi hic hæres contra quem executio petitur, beneficio inuentarii iuuetur, lib. 1. cap. 86. & est de iure, vt dicit Alexand. post Imol. l. postulante in prin. col. 3. vers. item inquantum dixit hic Imo. ff. ad Trebelli. de qua re supra de executio. testa. versi. elapsis.

De executione rei iudicatæ in summarijs. Cap. IIII.

1 *Executio rei iudicatæ in summariis fit iuris ordine seruato, vt scilicet primo capiantur mobilia: Secundo immobilia; Tertio persona: Quarto nomina debitorum. nec in hoc ordo peruerti potest; quia limitatum datur mandatum. & numero 2.*

1 SVmmariarum causarum executionis alius sane modus est: ideo siue iudex primus, siue iudex appellationum exequatur, debebit iuris formã in executione seruari, quæ est (vt supra pluries dixi) & nũc aperit statutum d. lib. 1. cap. 95. vt primo capiantur mobilia, & si illa non sint immobilia, deinde persona, & demum nomina debitorum, vt dixi supra hoc eodem lib. vers. iuris ordo est: nam vt dixi supra suo titulo, versi. si nec ad secundam loco sentẽtiæ in istis per iudices mandata executiua relaxantur, quæ vel postquam sunt cõfirmata, vel non sunt suspensa, execution demandantur, iuris ordine seruato, vt dicit Bartol. in extrauag. ad reprimen. in verb. executionẽ in fi. dum loquitur de executione in summariis, &

allegat

allegat l. à diuo. §. in venditione. vbi est iuris ordo expressus. ff. de reiudi. & ita etiam ante noua statuta vsu receptum erat: nam postquam sunt tradita mandata executori, si is faciat fidem, mobilia non reperiri, quod fieri consueuit a tergo cedulæ mandati, tunc ex iudicis commissione notarius annotat in calce eiusdem mandati, quòd d. Iudex attenta fide mandat exequi in immobilibus, si summa in mandato contenta & personæ qualitas patiantur: nam si esset modica summa, & persona vilis, tunc quia immobilia inciuiliter, & maxima cum iactura caperentur. ex glo. l. ab executore. C. quomo. & quand. iud. annotatur quod capiatur debitor, quod & fieri consueuit omni casu, quando executor attestatur neque mobilia neque immobilia reperisse: & hæc est excussio, de qua loquuntur Doctò. d. l. a diuo. §. in venditione. & ibi Bart. nu. 7. quem ibi sequuntur cæteri. ff. de re. iud per Bald. & Sal. l. 2. C. quan. fis. vel priua. ille, nu. 9. iste, col. fi. vers. hoc attende.

In quibus autem executio fieri non possit, dixi supra de executione in ordinariis, hic non repeto.

2 Nec est dubitādum quòd executio hoc casu præposteretur, idest, quod relictis mobilibus, deueniatur per executorem ante factam executionem ad immobilia, vel ad personam, quia in mandatis executori datur vt auferat de bonis: igitur non poterit in possessionem immittere, neque personam capere, & si adeo supinus esset executor, quòd ordinem peruerteret, tunc reuocari per iudicem omnino deberet, quia est contra formam mandati. d. l. diligenter. ff. mandati. ac etiam liceret ab hoc, tanquam excessu, ap-

su, appellare per ea quæ notant Doct. l. ab executore ff. de appellatio & l. ab executione C. quorũ appel. non recipi. Nec hoc casu obstaret statutum quòd prohibet ab executionibus facti & capturis personalibus appellari, quod est lib. 1. c. 171. quia statutum illud non loquitur si ab excessu appelletur, sed simpliciter appelletur, inter quæ longa est differentia vt ex infra dicendis in appellatione a taxatione expensarum apparebit.

LIBER NONVS.

De expensis litium. Cap. I.

1 *Expensæ post rem iudicatam, triplici via deberi & exigi possunt.*

2 *Expensæ, si in stipulationem sunt deductæ, si in sententia nihil de illis dictum sit iure actionis peti possunt.*

3 *Iusta causa litigandi ab expensis non excusat, quando expensæ iure actionis debentur.*

4 *Damnorum & interesse appellatione, veniunt expensæ, non ex contrario.*

5 *Absolutio ab expensis per Iudicem facta, non intelligitur de illis, quæ iure actionis debentur, & num. 27.*

6 *Quod limita, vt hic. & num. 7.*

8 *Sortem recipiens & quietans, an intelligitur expensas iure actionis debitas, remisisse.*

9 *Expensæ iure actionis debitæ, petuntur coram ordinario, & ordine, de quo hic.*

10 *Expensæ quæ in condemnationem sunt deductæ, repetuntur officio iudicis rem iudicatam exequentis, & ordi-*

ordine quo hic, & num. 11

12 *Ordinarius taxationem expensarum sibi reseruando, successori reseruasse videtur, secus in delegato arbitro & arbitratore*

13 *Forma procedendi in repititione expensarum, quæ officio iudicis rem iudicatam exequentis debentur.*

14 *Expensæ debent examinari per Notarium, & in vnam summam redigi, absque salariis Procuratoris & Aduocati.*

15 *Forma citationis, in taxatione axpensarum*

16 *Scriptura an requiratur in expensarum taxatione.*

17 *Actor in taxatione expensarum, iure iurando asserere debet tantundem erogasse, & hoc est de forma & num. 35.*

18 *Appellare licet à taxatione expensarum, idest ab excessu, expresso excessu vt hic, numero 19. & 37.*

19 *Appellans à taxatione expensarum, depositum facere debet iure isto, & num. 26.*

20 *Taxatione expensarum semel confirmata, amplius etiã iure communi appellare non licet.*

21 *Iudex expensas taxans, post iuramentum à parte præstitum, adhuc illas moderare potest ex causa.*

22 *Forma citationis, in relaxatione mandati pro expensis taxatis.*

23 *Expensæ quarum condemnatio nec absolutio in sententia facta est, condictione ex statuto, per victorem à victo petuntur.*

24 *Iuramentum calumniæ ab nõ expensis excusat.*

25 *Iusta causa litigandi an ab expensis excuset.*

26 *Iudex an possit iure isto reum ab expensis absoluere.*

28 *Iusta causa litigandi quæ dicatur, & quando, & à*

qui-

quibus expensæ non debeantur, remissiue. & nu. 29.

30 Expensæ quæ conditione ex statuto debentur, coram quo iudice peti debeant.

31 Forma procedendi in taxatione expensarum, quæ conditione ex statuto debentur, remissiue.

32 Forma proœmia cedulæ expensarum.

33 Salaria aduocatorum & procuratorum taxantur per statutum, de quo hic, à quo non receditur.

34 Iuramentum præstandum ab actore post expensarum taxationem.

35 Appellans à taxatione expensarum depositum facere tenetur.

36 Excessus in casu nostri statuti an sit exprimendus.

37 Ambabus partibus succumbentibus, quomodo expensæ debeantur. & nu. 42.

38 Negare an liceat totum, ratione partis indebitæ petitæ, ad hoc vt ab expensis excusetur.

39 Actor petens plus debito, an reo in expensis condemnari debeat.

40 Expensæ quando debeantur pro rata victoriæ.

41 Expensæ primo liquidæ non compensantur cum liquidandis, quando vtraque pars succubuit.

42 Clausula, pro rata victoriæ, quid operetur in sententia, qua ambo succumbunt, & victus victori condemnatur in expensis.

43 Expensæ quæ fiunt in reassumendis publicis instrumentis, an & quando debeantur.

44 Interpellatio, ad effectum aliquem constituendi in mora, quas debeat qualitates habere.

45 Consulendum est iniuste litigantibus, vt cedant.

Cautela ad euitandum expensas, quando quis nouit malam causam fouere. ibid.

46 Ex-

46 *Expensarum materia plenius remissiue.*

47 *Iudex secundæ instantiæ condemnans in expensis, etiam in illis primę instantiæ condemnasse intelligitur.*

48 *Succumbens ex iuramento in supplementum aduersario delato, ad expensas non tenetur, secus in eo qui ex iuramento decisorio succumbit.*

49 *Auctor submittit se iudicio melius sentientium, & rogat eos vt communi vtilitati consulentes corrigant, deleant, addant, & suppleant.*

1 SEquens tractatus est expensarum in lite factarum, quæ triplici modo deberi & exigi poterunt à victo. Aut enim debebũtur iure actionis, aut officio iudicis rem iudicatam exequentis, si earum est in sententia condemnatio facta, aut condictione ex statuto nostro, si sit in sententia condemnatio omissa.

2 Si igitur vt ad primum redeam in instrumento vel obligatione ex qua succubuit reus, sint in stipulationem expensæ deductæ, quod plerumq; fit, quia reus debendi promittit certo tempore aut loco soluere, aliàs vult teneri ad expensas, & damna, & tunc licet in sententia nihil sit dictum de expensis, adhuc peti poterunt iure actionis. glo. est reputata fin. in §. oportet. in fi. gl. magnę. & ibi Ange. authen. de iudicibus. Saly. l. properandum. §. sin autem alterutra. num. 37. C. de iudic. & ibi Alex. post Bald. Butr. & alios, vbi per eum, nu. 2. & seq. Ang. §. hęc autem omnia. insti. de pœna teme. liti. Ias. d. §. sin autem. nu. 3. versi. istam primam. vbi etiam nu. 4. ampliat, & probat procedere omni casu, quo debentur iure actio-

 nis,

quoque num. 12. & ibi Ias. versi. capio, glo. ff. de re iudi. & est communis, vt dicit Ias. ibi.

Forma autem procedendi hæc erit, citabitur debitor debitoris ad videndum productionem præparatoriorum, & respondendũ illis sub grauaminis comminatione, in quibus interrogabitur nomen si sit debitor illius condemnati, & pro qua quantitate eoque contumace existente, procedetur ad grauamen, vt tædio affectus veniat ad respondendum, & hanc praxim sumo ex dictis Bald. d. l. 2. col. pe. nu. 10. versi. quæro quid igitur si venit aduersarius. C. quan. fis. vel priua. vbi dicit, quòd debitor debitoris non erit audiendus si petat sibi dari libellum super hac materia, quia quando præparatorium ordinatur etiam ad iudicium, in quo libellus requiritur, non datur in præparatorio libellus, sicque hanc interrogationem in modum præparatorii faciendam esse sentire videtur.

Credo etiam quòd poterit moneri iste debitor, quatenus intra triduum debeat in actis declarasse, si sit debitor illius condemnati sub certa pęna, quo existente contumace procedetur ad pœnam, & executionem captis pignoribus, vt fit in cæteris casibus in quibus moniti contumaces existunt.

Si igitur confitebitur se debitorem, tunc quia cõfessus pro iudicato habetur l. 1. ff. de confess. cum concor. fiat per iudicem præceptum de soluẽdo, intra octo dies ad instar mandati de parẽdo, & eo cessante ad executionem, vt supra dixi deuenietur, & mandatum contra reum relaxatum quæ ipsum exequetur.

Sed si neget se debitorem, tunc maior est quęstio,

de

de qua per Doct. d. l. 2. C. quan. fil. vel priu. & d. l. à diuo. §. sic quoque si de re iud. vbi est tex. nota. ex quibus in effectu colligitur regula, quòd si debitor negat, executio fieri non potest. Quæ regula de mente Alex. d. §. sic quoque num. 2 & 3. post relatos per ipsum, qui late differit, limitatur primo non procedere, si constet aperte, puta per publicum instrumentum, de debito negantis quia tunc non obstante negatione, vt pote manifeste calumniosa, procedetur ad executionem, idest, præceptum de soluendo, & demum ad relaxationem mandati, & executionem, vt dixi. Secundo limitatur quando incontinenti posset doceri de calumnia & debito, quia res non requireret altiorem indaginem, doct. n. de præmissis, executio fiet, vt supra. Tertio quando debitor esset annuæ præstationis, in cuius quasi possessione exigendi condemnatus reperiretur, quia tunc etiam executio non impediretur, sed hodie statuto modo cauetur vt citato reo adiiciendū nomen sui debitoris, & eo cessante Iudex loco debitoris cedat & credetur contra debitorem debitoris iuxta causæ naturam procedat.

Absente autem condemnato, deputabitur curator bonis absentis, qui poterit etiam esse ipse idem creditor, vt dicit Bald. d. l. 2. num. 3. vers. secundo quæro. & ibi Saly col. 2. vers. quæro igitur, quid si de malitia, qui curator dato libello & lite cōtestata vel alias, secundum naturam causarum procedendo illum debitorem conuincet, & demum ad executionem, vt infra procedet ita Bart. & Bald. d. l. 2. C. quan. fil. ille in prin. hic num. 3. Alex d. §. sic quoque nu. 5. & rursus nu. 10. & ibi Iai. nu. 3.

Declarat autem statutu nostru quod cessio prædicta per Iudicem vel reum facta ita demum liberet debitorem quatenus creditor exigere poterit, & insuper mandat quòd ex præmissis interim præiudicium creditori non intelligatur quo minus executionem realem & personalem contra debitorem facere possit, & quòd postquã debitori debitoris per creditorem cessio denunciata fuerit, aut fuerit per primũ creditorem iudicialiter interpellatus, quòd solutio facta suo creditori, ipsi creditori creditoris non noceat, nec soluentem liberet.

59 Et hæc quando nomen non erat obligatum ipsi creditori, cęterum quando & nomen debitoris erat victori, seu creditori obligatũ, siue in genere siue in specie, alia est materia, de qua per Saly. d. l. 2. & per Alex d §. sic quoque, cum aliis locis per eum adductis, ibi videbis: de quo etiam per Staph. de lit. iust. fol. 150. secundũ primam impressionem, versi. constat autem, qui loquitur circumscriptis statutis.

De executione rei iudicatæ in executiuis. Cap. III.

1 *Executio rei iudicatæ, in executiuis instrumentorum & apocharum, fit vt hic.*

2 *Executio iudicati dotalium instrumentorum, datur in mobilibus, & immobilibus, & contra nomina debitorum, vt actor eligit citra personalem.*

3 *Testamentorum executio iudicati, etiam personalis fieri potest nisi hæres inuentario iuuetur.*

HÆC

1 HAEC de executione facienda in causis ordinariis. Cæterum si tractetur de executione instrumentorum siue apocharum vulgarium causarum, tunc si sententia confirmata sit, quia in prima sententia mandatū executiuum relaxatum erit, vt dixi in prima instantia, iudex confirmans mandatum prædictum relaxabit, & cū eo executio fiet, tā realis quàm personalis, & in bonis mobilibus & immobilibus, ad electionem creditoris, & electio vnius viæ non præiudicabit aliæ, vt dicit statutum lib. 1. cap. 82. si verò non fuerit appellatum, elapso termino ad appellandum, habebitur mandatum à iudice, qui illud decreuit siue relaxauit, & fiet executio, vt proximè dixi, sed si fuerit appellatum & appellatio deseratur aliquo casu, vt dixi supra de appellatione in executiuis, tunc habita fide iudicis ad quē, & ea producta, coram iudice à quo mandatum in prima sententia decretum relaxabitur, & ad executionem, vt dixi, procedetur.

Vtrum autem hæres debitoris capi possit, dicam infra hoc co. tit vers. testamentorum. Et idem modus & forma seruabitur si sit petita apocę priuatæ executio, eodem lib. 1. cap. 83.

2 Hæc eadem seruanda erunt in executione dotalium instrumentorū, & fiet executio realiter & personaliter quo ad obligatos, & eorum hæredes prout actor elegerit, & per electionem vnius vię alteri nō erit obligatum, & contra hæredes debitoris si priuilegio inuentarii non sint tuti & ad instantiam hæredum creditoris vt lib. 1. cap. 82. 485.

3 Testamētorum quoque executio si sit petita, hæc eadem attendenda erunt, in quibus etiam persona-

lis

lis executio fieri poterit, nisi hic hæres contra quem executio petitur, beneficio inuentarii iuuetur, lib. 1. cap. 86. & est de iure, vt dicit Alexand. post Imol. l. postulante in prin. col. 3. vers. item inquantum dixit hic Imo. ff. ad Trebelli. de qua re supra de executio. testa. versi. elapsis.

De executione rei iudicatæ in summarijs. Cap. IIII.

1 *Executio rei iudicatæ in summariis fit iuris ordine seruato, vt scilicet primo capiantur mobilia: Secundo immobilia; Tertio persona: Quarto nomina debitorum. nec in hoc ordo peruerti potest, quia limitatum datur mandatum. & numero 2.*

1 SVmmariarum causarum executionis alius sane modus est: ideo siue iudex primus, siue iudex appellationum exequatur, debebit iuris formā in executione seruari, quę est (vt supra pluries dixi) & nūc aperit statutum d. lib. 1. cap. 95. vt primo capiantur mobilia, & si illa non sint immobilia, deinde persona, & demum nomina debitorum, vt dixi supra hoc eodem lib. vers. iuris ordo est: nam vt dixi supra suo titulo, versi. si nec ad secundam loco sentētiæ in istis per iudices mandata executiua relaxantur, quæ vel postquam sunt cōfirmata, vel non sunt suspensa, exe cutioni demandantur, iuris ordine seruato, vt dicit Bartol. in extrauag. ad reprimen. in verb. executionē in fi. dum loquitur de executione in summariis, & allegat

allegat l. à diuo. §. in venditione. vbi est iuris ordo expressus. ff. de re iudi. & ita etiam ante noua statuta vsu receptum erat: nam postquam sunt tradita mandata executori, si is faciat fidem, mobilia non reperiri, quod fieri consueuit a tergo cedulæ mandati, tuc ex iudicis commissione notarius annotat in calce eiusdem mandati, quòd d. Iudex attenta fide mandat exequi in immobilibus, si summa in mandato contenta & personæ qualitas patiantur: nam si esset modica summa, & persona vilis, tunc quia immobilia inciuiliter, & maxima cum iactura caperentur, ex glo. l. ab executore. C. quomo. & quand. iud. annotatur quod capiatur debitor, quod & fieri consueuit omni casu, quando executor attestatur neque mobilia neque immobilia reperisse: & hæc est excussio, de qua loquuntur Docto. d. l. a diuo. §. in venditione. & ibi Bart. nu. 7. quem ibi sequuntur cæteri. ff. de re. iud per Bald. & Sal. l. 2. C. quan. fis. vel priua. ille, nu. 9. iste, col. fi. vers. hoc attende.

In quibus autem executio fieri non possit, dixi supra de executione in ordinariis, hic non repeto.

2 Nec est dubitãdum quòd executio hoc casu præposteretur, idest, quod relictis mobilibus, deueniatur per executorem ante factam executionem ad immobilia, vel ad personam, quia in mandatis executori datur vt auferat de bonis: igitur non poterit in possessionem immittere, neque personam capere, & si adeo supinus esset executor, quòd ordinem peruerteret, tunc reuocari per iudicem omnino deberet, quia est contra formam mandati. d. l. diligenter. ff. mandati. ac etiam liceret ab hoc, tanquam excessu, ap-

su, appellare per ea quæ notant Doct. l. ab executore ff. de appellatio & l. ab executione C. quorū appel. non recipi. Nec hoc casu obstaret statutum quòd prohibet ab executionibus facti & capturis personalibus appellari, quod est lib. 1. c. 171. quia statutum illud non loquitur si ab excessu appelletur, sed simpliciter appelletur, inter quæ longa est differentia vt ex infra dicendis in appellatione a taxatione expensarum apparebit.

LIBER NONVS.

De expensis litium. Cap. I.

1 *Expensæ post rem iudicatam, triplici via deberi & exigi possunt.*

2 *Expensæ, si in stipulationem sunt deductæ, si in sententia nihil de illis dictum sit iure actionis peti possunt.*

3 *Iusta causa litigandi ab expensis non excusat, quando expensæ iure actionis debentur.*

4 *Damnorum & interesse appellatione, veniunt expensæ, non ex contrario.*

5 *Absolutio ab expensis per Iudicem facta, non intelligitur de illis, quæ iure actionis debentur, & num. 27.*

6 *Quod limita, vt hic. & num. 7.*

8 *Sortem recipiens & quietans, an intelligitur expensas iure actionis debitas, remisisse.*

9 *Expensæ iure actionis debitæ, petuntur coram ordinario, & ordine, de quo hic.*

10 *Expensæ quæ in condemnationem sunt deductæ, repetuntur officio iudicis rem indicatam exequentis, & ordi-*

ordine quo hic, & num. 11

11 Ordinarius taxationem expensarum sibi reseruando, successori reseruasse videtur, secus in delegato arbitro & arbitratore

13 Forma procedendi in repititione expensarum, quæ officio iudicis rem iudicatam exequentis debentur.

14 Expensæ debent examinari per Notarium, & in vnam summam redigi, absque salariis Procuratoris & Aduocati.

15 Forma citationis, in taxatione axpensarum

16 Scriptura an requiratur in expensarum taxatione.

17 Actor in taxatione expensarum, iure iurando asserere debet tantundem erogasse, & hoc est de forma & num. 35.

18 Appellare licet à taxatione expensarum, idest ab excessu, expresso excessu vt hic, numero 19. & 37.

19 Appellans à taxatione expensarum, depositum facere debet iure isto, & num. 26.

20 Taxatione expensarum semel confirmata, amplius etiã iure communi appellare non licet.

21 Iudex expensas taxans, post iuramentum à parte præstitum, adhuc illas moderare potest ex causa.

22 Forma citationis, in relaxatione mandati pro expensis taxatis.

23 Expensæ quarum condemnatio nec absolutio in sententia facta est, condictione ex statuto, per victorem à victo petuntur.

24 Iuramentum calumniæ ab nõ expensis excusat.

25 Iusta causa litigandi an ab expensis excuset.

26 Iudex an possit iure isto reum ab expensis absoluere.

28 Iusta causa litigandi quæ dicatur, & quando, & à qui-

46 *Expensarum materia plenius remissiue.*

47 *Iudex secundæ instantiæ condemnans in expensis, etiam in illis primę instantiæ condemnasse intelligitur.*

48 *Succumbens ex iuramento in supplementum aduersario delato, ad expensas non tenetur, secus in eo qui ex iuramento decisorio succumbit.*

49 *Auctor submittit se iudicio melius sentientium, & rogat eos vt communi vtilitati consulentes corrigant, deleant, addant, & suppleant.*

1 SEquens tractatus est expensarum in lite factarum, quæ triplici modo deberi & exigi poterunt à victo. Aut enim debebūtur iure actionis, aut officio iudicis rem iudicatam exequentis, si earum est in sententia condemnatio facta, aut condictione ex statuto nostro, si sit in sententia condemnatio omissa.

2 Si igitur vt ad primum redeam in instrumento vel obligatione ex qua succubuit reus, sint in stipulationem expensæ deductæ, quod plerumq; fit, quia reus debendi promittit certo tempore aut loco soluere, aliàs vult teneri ad expensas, & damna, & tunc licet in sententia nihil sit dictum de expensis, adhuc peti poterunt iure actionis. glo. est reputata fin. in §. oportet. in fi. gl. magnę. & ibi Ange. authen. de iudicibus. Saly. l. properandum. §. sin autem alterutra. num. 37. C. de iudic. & ibi Alex. post Bald. Butr. & alios, vbi per eum, nu. 2. & seq. Ang. §. hęc autem omnia. insti. de pœna teme. liti. Ias. d. §. fin autem. nu. 3. versi. istam primam. vbi etiam nu. 4. ampliat, & probat procedere omni casu, quo debentur iure actio-

 nis,

nis,& vtrumque ibi tenuit Iacob. & sequitur Hyp. l. parte vel marito,num.25.& 27.ff.de quæstio. per Papien. de for.actionis realis. versicul. & expensis. numero 9.

3 Nec hoc casu iusta causa litigandi prodesset ad condemnationem & solutionem effugiendam, vt late prosequitur Ias. vbi supra, nu. 3.

4 Et hæc procedunt,& est tertia ampliatio etiam si in instrumento non essent expressæ promissæ expēsę,sed tantum damna & interesse,quia ex communi stylo Notariorum,vt dicit Ale. in illis verbis, damna & interesse intelliguntur etiam expensæ. Alex. consil. 34.in fin.vol.3.licet non ex contrario, quia appellatione expensarum, non veniunt damna & interesse, vt dicit Bald. l. terminato.num. 19. C. de fructi.& litium expen.

5 Quarto ampliatur regula vt procedat,& expensę quæ iure actionis debentur, peti possint per actorē, non solum quando iudex omisit condemnationem, sed etiam quando expresse absoluit reum ab expensis,quia non intelligitur illum absoluisse ab istis,quę debentur iure actionis,sed tantū ab illis quæ debentur officio iudicis mercenario. Salycet. d. §. fin autem alterutra, num.37. Alexand. ibi num.6.& Ias. numero 4.

6 Limita primo hanc quartam ampliationem, vt procedat quando promissio esset facta voluntarie, secus quando coacte & in iudicio,vt dicunt Alex.& Ias. vbi supra,qui ponunt exemplū in auth.generaliter.l.1.C.de epis.& cle.quando actor cogitur satisdare de litem prosequendo, ex quorum ratione ego amplio hāc limitationem ad cautiones iudiciarias,

quas

quas præstare coguntur suspecti de fuga, & alii qui necessario in iudicio promittere coguntur, vt si absoluantur ab expensis, ex eorum tali promissione amplius pro illis conueniri non possunt, licet ille ex stipulatu debeantur.

7 Secundo limita dictam quartam ampliationem quando expensæ, quæ iure actionis debētur, fuissent in simul cum principali debito petitæ, vt promissæ & debitæ iure actionis, quia si talis petitio præcessisset, & iudex absoluisset reum ab expensis, & non fuisset a tali absolutione per actorem appellatum, nō posset vlterius iure actionis peti. ita Alex. & Iaf. d. §. sin autem alterutra ille. nu. 6. hic, nu. 4. versi. sed fortius, quia sententiā eo casu refertur ad libellum, quo vt dixi sūt petitæ iure actionis, & propterea exceptio rei iudicatæ obstaret petēti: secus autem quādo hoc casu iudex condemnationem expensarum omisisset, quia tunc adhuc peti possent, quia sunt vt duo solida siue integralia in iudicio deducta, in quibus omissio condemnationis vnius alterum non viciat. ita not. Bald. terminato. col. 3. versi. nam si quidem C. de fruct. & litium expēs. quod arbitror valde notandum.

8 His consequenter si quis sortem sibi debitam receperit, & de ea aduersario quietantiam fecerit, si non adeo sit generalis quòd etiam expensas complectatur, adhuc expensæ iure actionis debitæ peti poterūt, quia æque principaliter & iure actionis debētur expensę, vt patet ex supra proxime relatis: quod secus esset si officio iudicis mercenario deberentur, quoniam sublato principali (intelligo iure communi, & quando condemnatio facta non esset) expensę

nõ remanerent.l.terminato.vbi Odofrẽ.& Cyn. in secunda oppo.C de fruct.& liti.expens.l.centum Capuę.& l.fina.ff. de eo quod cert. loco vbi Bart. Bald. post Petrum de Bel.l.fi.§.prẹterea colum.2. vers.ibi etiam C.de iur. dot. & cum hac Guido Papæ decis. 55. licet referat parlamentum cõtra tenuisse;& hãc sequitur additio ad dic. decis. Guido. sublato enim principali, accessorium non remanet. l. cum principalis ff.de regu. iur.cap.accessorium extra eod. ritu. lib. sexto.

9 Qui igitur secundum prædicta repetere voluerit expensas iure actionis debitas,aut procedet summarie, si summa patietur: aut ordinarie, si summa sit maior, & in terminis probatoriis suam intẽtionem liquidabit,iuxta superius suo loco tradita: aut si debeantur in instrumento habente executionem paratam, via executiua illa reperet, & intra terminum probatorium illas liquidabit, vt de exec. instrum. supra dixi.

10 Et hæc petitio omnino coram ordinario facienda erit.

Sed si in sententia fuerit facta expensarũ cõdemnatio, & erit secundus casus principalis, tunc in primis sciendum est, quòd si sententia transiuit in rem iudicatam,vel per cõfirmationem iudicis ad quem, vel per tacitum siue expressum consensum partis, quòd tunc non poterit condemnatus vlterius à condemnatione appellare,licet à taxatione,si modus excedatur, appellare posset,ita Bald.d.l.terminato.C. de fruct.& litium expens.col.4.vers.pone,quòd victus Ang.d.§.hæc autem omnia nu.16.in fin.de pe. tem.liti.qui dicit tempora computari à die taxationis,

nis Philip. Franc. cap. sæpe contingit. col. 16. ver. decimo quæritur & ibi Alexan. col. 15. vers. sed quid si pronuntiauit, extra de appella. & hoc est planum, quia & ipsa condemnatio abiit in iudicatum.

11 Eo igitur casu, quo earum in sententia est condẽnatio facta, expensæ recuperabuntur officio iudicis, rem iudicatam exequentis Abb. cap. 1 nu. 26. de sequestra poss. & fruc. Philipp. Franc. d. cap. sæpe contingit. in fi. verb. extra de appel. sed si appellatio fuerit deserta, tam iudex qui pronuntiauit eam desertam, quàm iudex a quo in illis condemnare poterit. cap. reprehensibilis, & ibi Doct. de appel. quia expẽsæ huius temere appellationis, debentur ex dicta decretali reprehensibilis, vt ibi notant Canoni. & late prosequitur Franc. d. c. ex ratione in septima quæst. princ. versi. circa quartum post Cyn. Feder. Bar. Bal. & alios vbi per eum. Quinimmo ipse iudex, qui appellationem desertam pronuntiauit vel reiecit, etiã ex interuallo poterit in expẽsis condemnare, vt per eundem Franc. in d. cap. sæpe contingit. colum. 14. versic. secundo quæritur, & versic. tertio quæritur, de appella.

12 Scias tamen quòd licet iudex ordinaris possit facta expensarum condemnatione, sibi illarum taxationem reseruare, quę reseruatio etiam successori in officio facta intelligetur, ad Barto. in d. l. terminato. nu. 2. & ibi per Bald. C. de fruct. & litiũ expens. per Bart. Bald. Saly. & Ang. l. fin. eo. tit. C. de fructi. & litium expens. tamen Delegati, Arbitri, & Arbitratores & similes, non sibi, sed deleganti vel cui de iure reseruationem facere debent. Areti. §. hæc autẽ om. num. 17. institut. de pœna teme. litigan. post Bald.

d.l. terminato. num. 11. & alios vbi per eum.
13 Hoc inquam casu, quo iudicis officio rem iudicatam exequentis petuntur, talis in procedendo forma seruabitur: citabitur reus ad videndum productionem listæ siue cedulę expensarũ, dicendum contra videndum admitti, & committi Notario illarũ examen in forma, quo existente contumace, iudex admittet si & inquantum, & examen expensarũ notario actuario committet, quod facere poteſt, secundum Bald.l.1.ante nu.3.C.de calumni.
14 Notarius igitur tam per acta coram ipso facta, quàm per regesta, si etiam alibi expensæ factæ fuerint, illas diligenter examinabit, & in calce illius ce-
15 dulæ attestabitur ad quam summam illas ascendere repererit, absq; procuratoris & aduocati salario.
Hoc peracto, citabitur reus ad videndum taxari & moderari expensas, quo non comparente, iudex taxabit expensas, prout in folio, & deinde annotabit in ipsius eiusdem folii calce ad quam summam dictas expensas taxauerit, inclusis salariis procuratoris & aduocati, eritque hoc casu citatio necessaria. Frãcus.d.cap. sæpe.col.16.verſ. decimo tertio quæritur. de appel.
16 Scriptura tamen quamuis de stylo cõsueuerit adhiberi necessario non requiritur, Bald.d.l. terminato.nu.12. verſ.quæro nunquid dicta taxatio. C.de fructi.& litium exp.
17 Debet autem actor post eã taxationem iuramento affirmare, se tantum erogasse quantum in taxatione continetur, & de hoc est tex.in d. §.sin autem alterutra.& in auth.post iusiur C.de iud.late prosequitur Ias.d. §.sin autem alterutra. nu. 25. quod parum

rum obseruatur. & male, quia taxatio sine iuramento est nulla, vt dicit Franc.d.cap. sępe.col. 16. versic. decimo quarto quæritur, quod iuramentum ex statuit quoque forma olim requirebatur, de quo tamen in nouis instru.

18 Ab hac taxatione expensarum, si debitum modū iudex excesserit, poterit reus iure communi appellare. Inno.c.si.extra de his, quæ vi metusue causa. Bal. d.l.terminato.num. 17. C.de fructi. & litium expen. Franc.cap.sæpe.col. 16. ver.decimo quæritur. & ibi Alex.col.15.vers.sed quid si pronuntiauit.de appell. Papien.in for.actio.realis.ver.& expen.nu.18. Quod & regulariter in quolibet excessu, in articulo executiuo traditū est à Docto.l.ab executore.ff.de appel.l. ab executione. C.quorum appell.non reci. intellige tu, vt possit ab excessu & eo expresso appellare, per ea quæ dicit Bald.d.l.terminato.& sequitur Lanfrā. in repeti.cap.quoniam contra.in ver.expensæ.n.11. extra de prob.& ita videtur sentire Philip. Frāc.vbi supra, qui Bald.allegat, & hoc etiam tenuit Abb.d.c. quod ad consultationem.nu.33.de re iudi.cuius opinionem sequitur, vt veriorem & amplissime comprobat, confutatis contrariis Fely. ibi nu.18. 19. & 20.& ab hac praxi non est recedendum.

19 Et hęc vt dixi iure communi: sed municipali iure, de quo loquimur, cauetur vt is qui appellat à taxatione expensarum, debet facere depositum in pecunia vel pignoribus plus valētibus intra triduum: & si appellatus non requisiuerit, & de eodem deposito constet in actis, alioqui suæ appellationi renuntiasse censeatur & prima taxatio firma maneat. lib. 1.cap.175.

20 Vnum tamen admoueo, quòd si hæc taxatio semel fuerit confirmata, nō dabitur vlterius appellatio, nō solū ex statuto nostro, ex quo non permittitur secundo prouocare, sed etiam iure communi. Alexādri. cap. nouit. ad fi. extra de appel. Fely. d. ca. quod ad consultationem post Nicolaum & Angel. ante nu. 20. vers. scias. quòd vbi de re iudi.

21 Sed & ipse iudex qui expensas taxauit, etiā postquam ipsa taxatio ab actore iure iurando quod præstandū dixi, fuerit confirmata, poterit ex rationabili causa illam moderare. Inno. cap. fin. nume. 5. extra de his, quæ vi metusue causa. Francus, d. cap. sæpe. col. 16. vers. quartò decimo quæritur, de appel. qui limitare videtur in delegato. Ias. post Bal. & Spec. d. §. fin autem nu. 26. ver. adde etiam quòd taxatio. & hoc idem voluit, accedente tamen magna causa. Alexand. d. cap cum cessante. col. 15. vers. quarto decimo fallit. de appell. sequitur Hyppo. in praxi. crimi. §. superest. nu. 22.

22 Si vero reus ab hac expensarum taxatione non appellauerit vnica citatione præcedente ad soluendum expensas taxatas & moderatas, aliàs tradi mādatum, iudex mandatum executiuū relaxabit, iuris ordine seruato exequendum. lib. 1. cap. 194.

23 Tertius principalis est casus quando expensæ, quæ debentur officio iudicis mercenario non sunt in sententia deductę, sed omissæ. Quo casu licet iure communi reus censeretur ab illis absolutus. l. terminato, C. de fruct. & litium expens. & l. 1. C. depositi. & vtrobique Doct. Ias. d. l. properandum. §. fin autem alterutra. nu. 7. (licet eam omissionem iudex facere non debeat, nisi cum causę expressione, vt dicit

cit Alex.d. §.fin autem.nu. 17. & Iaſ. ibi num. 10.& late proſequuntur. d.l. properandum. §. illo procul. vbi omnes. C. de iud.per tex.in §. oportet.auth. de iudiciis, &c. calumniam. extra de pœnis.) tamen ex ſtatuto lib. 1. cap. 96. victus victori tenetur reficere expenſas, & ſic licet expenſæ, quæ debentur iudicis officio mercenario, in ſententia non ſint deductæ, adhuc tamen condictione exiſto ſtatuto per victorem a victo peti poterunt Bald.l.terminato.col.fin. verſ.pone dicit ſtatutum. C.de fruct.& litiũ expen. Alex.ad Bart.d. l.non ſolum. ff. de rei vend.in verb. ſtatuto.vbi multæ concor.ſentit. Imo. l.ſi tertius.§. Celſus.in fin.ver. ff.de aqua plu.arcen. Mathe.nota. 81.vbi additio plena.& in caſu noſtro, nulla cadere poteſt dubitatio, in quo verba ſtatuti diriguntur ad victum: dicit enim ſtatutũ, in qualibet cauſa victus victori reficiat expenſas, exceptis caſibus in quibus aliter per aliqua ſtatuta diſponitur,nõ obſtãte quod de calumnia ſit iuratum,& quod in ſententia non ſit facta condemnatio in expenſis, in quo ſtatuto verba partibus & non iudici diriguntur, & propterea abſque dubio cõdictione ex eo ſtatuto petuntur, per nota.per Bart.l.1.ff.de cõdictio. ex lege & per Felyn. cap.ſignificauerunt. col. 3. verſ. ſcias etiam quòd licet.de exceptio.quidquid ſit in caſibus.Bart.d.l. non ſolum. ff. de rei vend. & l.3. fin. ff.de leg. 3. quando verba iudici,& non parti diriguntur.

24 Ceſſat igitur ex hoc ſtatuto quæſtio, vtrum iuramentum calumniæ ab expenſis excuſet, de qua late per Doct. d.l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iudi. licet hodie communis opinio ſit, quòd non excuſet, vt dicit ibi Alex.nu.21.

Sed

25 Sed nunquid iusta causa litigandi ab expensis excuset? & quidem in statuto à nostro non multum ab simili, Doctorum variæ sunt sententiæ, nam Bal. d.l. terminato. nu. 12. vers. pone dicit statutum tenet succumbentem ex iusta causa litigandi ab expensis excusari, & opinionem Bal. secutus est Alex. d.l. properandum. §. sin autem alterutra. num. 7. qui dicit hanc opinionem esse veriorem & æquiorem, cum Alex. videtur potius transire ias. ibi nu. 5. & sequen. & hanc opinionem sequitur Iacobi. ibidem num. 3. vers. secundo fallit, qui testatur ita teneri per Canonistas. cap. finem litibus. de dolo & contu. sed Imo. d. cap. finem litibus col. fi. ver. sed d. Floria. dicit, quòd licet opinio Bald. & sequacium sit æquior, tamē opinio glo. reputata singula. in auth. de exhiben. reis. in §. sancimus. verior est: & hoc idem tenuit Ang. in d. authen. de exhiben. reis. in princ. Clem. sing. 120. habens. & Hyp. de Marsi. l. patre vel marito. nu. 19. ver. limita. 2. ff. de quæstio. dicens ita pluries Alex. consuluisse, & attestetur hanc esse communem opin. & hoc idem voluit Alberi. de Rosa. d. §. sin autem. & Oldr. in secunda parte statuto. q. 192. quid si statuto caueatur, quod victus victori, & ratio eorum est nō solum illa quod statutum aliquid vltra ius commune operari debet, ex sentē. Bar. l. quarta. §. prætor ait. ver. quæro, quid si statuto. ff. de damn. infe. sed etiam vt dicit Cremen. quia per statutum inducitur actio, & quando expensæ debentur iure actionis, supra cōclusum est in ver. nec hoc casu, iustam litigandi causam ab expensis, quæ iure actionis debentur, non excusare, sed etiam deberi si iudex reum ab expensis absoluisset, nisi eædem expensæ vt debitę iure actionis

nis petitæ fuissent,& propterea inferebat Hyppo.d. l.patre num 30.quòd si iudex in terminis statuti sui expresse absoluisset reum ab expensis, sententia non valeret, vtpote contraria sententię illius statuti, de quo tamen infra.

Mihi videtur quòd communis opinio sit cum gl. d.auth.de exhiben. reis.§. sancimus, & quòd ab ea in casu pręsertim nostro recedendum non sit, tum ex ratione supra allegata per Cremen.quia expensę cōdictione ex statuto debentur, tum etiam per verba statuti, quę excipiunt tantum illos casus, in quibus per statuta prouidetur, vt expensę à victo non debeantur: clarum est autem quòd exceptio firmat regulam in contrarium. Alexand.consi.126.num.6.& consi.259.nu.5.vol.2. Decius.l.1.nu.27. & ibi Cagn. ff.de reg.iur. credo tamen quòd iudex possit ex iusta causa ab expensis absoluere victum,per ea quę infra proxime dicam.

26 Et quamuis supra pro ime in vers. sed nunquid. dixerim, Hyppo. tenere d.l.patre.nu.30.reum absolui non posse,hoc tamen in casu nostro arbitror verū non esse,quia Saly.per eum allegatus, in l.pri.col.4. vers. quęro ab extra. statutum est Ferrarię. C.quan. prouoca.non est neces.& Fely.in cap.inter monasterium.in vers.si.extra de re iudi.loquuntur,in terminis statuti Ferrariensis, quo cauetur quòd succumbens habeatur pro condemnato, & ideo absolutio iudicis in casu suo non valeret,tanquam contra sentētiam statuti,quibus verbis circunscriptis aliter dicendum esse ibidem asserit Saly.& propterea prędicta ampliatio Hyppo in casu nostro admittenda nō est, & concludendum ex rationabili causa, iudicem

ab

ab expensis succumbentem absoluere posse, & statu tum intelligi eo casu, quãdo condẽnatio est omissa.
27 Nec huic sententiæ refragatur, quod supra dixi vers. quarto amplia. sententiam iudicis absoluentis ab expensis non trahi ad expensas iure actionis debitas, quoniam illud procedit eo casu, quo expensę debentur duplici via, vna actionis, alia officio iudicis mercenario, & propterea iudex absoluens ab expensis, intelligitur absoluisse ab illis, quæ mercenario officio debentur: est in casu statuti expensę ante sententiam non debentur, nisi iudicis officio, & propterea absoluendo, censetur absoluisse ab illis, quæ per suũ mercenarium officium debebantur, quæ sunt eædẽ cum illis de quibus loquitur statutum: igitur si post absolutionem victor vellet a victo expensas repetere, sibi obstaret rei iudicatę exceptio. sicque vlterius peti non possent sicut etiam videmus, quòd si expensæ, quæ debentur iure actionis, sint expresse peritæ, & absolutio sequatur, vlterius peti non poterunt, ex sententia Alexan. & Ias. supra relata, ver. secundo limita: verum est tamen quòd actor ab ista absolutione appellare posset, per ea, quæ supradicta sunt: sed si non appelletur absolutio tenet, quæ statutum hoc casu non repugnat.
28 Quæ autem dicatur iusta causa litigandi, & quis censeatur eam habere, plene per Alex. d. §. fin autẽ nu. 9. & per Ias. ibi nu 8. qui ponit nouem casus, & prosequitur Iacobi ibidem nu. 6. ibi videbis, quoniã hic transferre non expedit.
29 Et penes Ias. d. §. fin autẽ nu. 10. vers. secundo principaliter limita. an notatũ reperies, quæ personæ, & quibus casibus nõ debeant in expensis condemnari.
His

30 His cognitis videndum erit hoc casu quando expensæ condictione ex statuto repetuntur, corã quo iudice peti debeant? & quidem non coram Capitaneo appellationum, etiam si is sententiã exequatur, sed coram ordinario peti debent, quia principaliter & de per se iure actionis, siue condictione ex statuto, debẽtur, vt dixi supra, vers. tertius est casus, quòd licet aliàs controuerteretur hodie per statutum est decisum d. c. 96.

31 Hoc igitur casu, quia statutum dicto c. 169. aperit, quod in expensarum repetitione nullus iuris ordo, vel solemnitas seruari debeat, sed solũ listę productio notarii examen & Iudicis taxatio ac assertio actoris iure iurando facta quòd tamen erogauerit, procedetur eodem modo, quo dixi supra vers. hoc inquam casu. ibi videbis, & eam formam seruabis, prœmium tamen cedulæ expensarum quam Victor producet, tale fere erit.

32 Infrascriptam cedulam expensarum dat, & facit procurator Menii contra Aurelium, in causa Ro. pecuniaria, quæ inter dictas partes coram primo Collaterali versa fuit, quã per vos D. Iudicem recipi, & illas examinari & taxari, & pro illis mandatum executiuum relaxari iuxta formam statutorum petit, & instat, omni meliori modo.

Sed exhibita expensarum cedula cautus succumbentis patronus, diligẽter quæ mihi annotata sunt, pensabit, & penes actuarium & penes iudicem, quęret omni industria clientem subleuare, pręsertim in salariis procuratorum & aduocatorum, quæ a statu
33 to lib. 3. c. 92. satis leuiter taxantur, & cuius statuti forma etiam in taxatione expensarum seruanda est,

vt dicit statutum prædictum in fine, sicque curabit quantum poterit clientem exonerare.

34 Actor vero non cessabit, post taxationem iudicis, suo iuramento affirmare tãtum expẽdisse, quia hoc statutum requirit pro forma, vltra quod de iure cõmuni requiritur, vt dixi supra, vers. debet autem vbi admonui ex sentẽtia Philippi Franchi, taxationem iuramento omisso, nullam esse.

35 Si quis ab hac expensarum taxatione appellare volet, summam taxatam aut pignora plus valentia deponere debet, eisdem modo, forma, temporibus, quibus deponere tenentur, vt dixi supra versiculo & nec.

36 Et ex statuto prædicto quod est lib. 1. cap. 196. crederem, non esse necesse quòd exprimatur excessus in appellatione, vt supra dixi, vers. & hæc quia depositum purgat omnem præsumptam calumniã appellantis, & statutum simpliciter appellare permittit, deposito facto.

37 Sed quid si ambæ partes succumbant aut vincãt, quo modo hoc casu ex hoc statuto repetentur expẽsę? nam si id cognoscemus, pariter & nobis notum erit quid agendum sit, quando iudex victum victori, pro rata victoriæ condemnabit, & in hoc casu Milis in suo reper. in verb. expensæ compensantur. tenuit quòd mutuis factis petitionibus, si vterque reus & actor, absoluantur in negotio principali, vel vnus pro parte vincit, pro parte succumbit, compensatio fiat. Saly. vero l. generaliter. §. his de præsentibus ad fin. C. de rebus credi. tenet quòd vnusquisq; teneatur pro rata, in qua succubuit: idem vero Saly. in d.l. properandum §. sin autem alterutra num. 20. aliter

aliter & melius sentit, distinguendo: Aut enim actor petiit plus debito, quia sibi debebantur centum, & ipse petiit centum quinquaginta, & tunc quia ratio-
38 ne partis licitum fuit totum negare, hoc casu reus succumbens in parte, non tenebitur ad expensas: & hęc fuit opinio Bar. l. qui solidum. in prin. de leg. 2. quam dicit communiter teneri in hoc, licet aliter sit in respondendo positionibus. Alex. l. 1. §. si stipulanti. nu. 8. & ibi Alcia. in fi. de verb. oblig. & Saly. in eodem §. sin autem alterutra. sequuntur Alex. num. 24. & Ias. nu. 17 & Iacobi. nu. 18. Cagno. l. non potest videri improbus. nu. 7. ff. de reg. iur. qua in re animaduertendum est, quòd Saly. Alex. & Iacobi. d. §. sin autem. dicunt, quòd actor hoc casu, quia plus debito
39 petit, condemnabitur reo in expensis in illo pluri, quod plus debito petiit, reus vero actori non condẽnabitur in aliquo, de quibus omnino per Spec. tit. de expen. §. penul. in fin. qui pulchre has taxationes & ratas distinguit.

40 Sed si in diuersis capitulis, victoria vni & alteri contingat, tunc pro rata victoriæ expensæ debebuntur, vel pro medietate, & erit compensatio, vel pro tertia aut pro quarta, & tunc pro rata victoriæ, repetet vnusquisque, vt dicit Bald. d. l. terminato. num. 16. Imo d. l. qui solidum. & Iacobi d. §. sin autem alterutra. & Cagno. c. finem litibus. de dolo & contu.

41 Et aduerte tu qui vidisti pro parte, vt procures quanto citius taxationem: nam si aduersarius te prę-ueniret, non fieret sui liquidi cum tuo illiquido cõpensatio. Bald. d. l. terminato. nu. 16. versi. modo proponamus.

42 Et notabis vnum, quod si iudex in sentẽtia, in qua

ambo

ambo actor & reus sunt victores, simpliciter victũ victori condemnaret in expensis; talis sententia esset nulla, vt dicit Ias. post Bart. d. §. fin autem nu. 16. & hoc ratione incertitudinis, licet Iacobi ibi nu. 26. dicat, se post Bald. contrarium sępe consuluisse, & propterea hodie à peritis iudicibus adiiciuntur illa verba, pro rata victoriæ, quę distribuunt secundum victoriam, & omnem ambiguitatem tollunt.

43 Quoniam autem frequenter in controuersiam veniunt expensę, quę fiunt in reassumendis publicis instrumentis; sciendum est, quòd si illa ante moram rei fuerint sine requisitione reassumpta, intelligo etiã de mora per interpellationem diei, in ipso met obligato, quòd tales expensę non debebuntur, secundum Bal. l. non ignorat. nu. 4. vers. modo ego quæro. C. de fructi. & liti. expens. & ideo inoleuit praxis, pręsertim si reus sit persona, quę in ius alterius successerit, interpellandi, reum pro implemẽto eius quod in instrumento cõtinetur, protestando velle reluere instrumentum sumptibus rei, in qua protestatione fit cautus protestãs, vt personam suam legitimet, ad Bart. l. si quis inficiatus ff. depo. per Alex. consi. 78. col. 2. vers. nec obstat quòd maritus vol. 5. per Rip. in repeti. c. cum M. Ferrariensis. nu. 137. ad fi. de cõsti. late per Tiraquel. de retraict. lignagier. §. 36. in glo. 2. nu. 5. quidquid tenuit Cersettus, in singularibus suis, in verb. procurator.

44 Et nota ꝙ pręďicta denũtiatio & interpellatio debet esset plena, cũ suis qualitatibus ex quibus certiorari possit reus, aliàs in mora non constitueretur, vt plene per Tiraquuel. d. §. 36. nu. 32. & per Cagno. d. regu. qui in alterius nu. 18. & hæc si fiat illi qui cer-

tus

tus non sit, aliàs certus certiorari non debet. l. pri. ff. de actio. emp. cum simi. vt idem Cagno. dicit ibidē. num. 20.

Et scias, quòd quis potest habere certo tempore iustam causam litigandi, & certo tempore non, & ideo cauti patroni, qui Deum timent, cum primum ex productione iurium actoris, vel testium apertu-
45 ra, cognoscunt clientem iniustam causam souere, consulunt vt liti cedatur, & sic expensas cedens euitabit, ex dicta doctr. Bart. l. si quis inficiatus. ff. depo. de quo late per Deci. & Cagno. in d. regu. qui in alterius ff. de reg. iur. & aliqua etiam per Docto. d. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. vbi videbis.

46 Cæterum si quis plenius expensarum materiam attingere voluerit (nam hæc quantum ad institutū opus mihi sufficere visa sunt) videat Canoni. c. finē litibus de dolo & contu. Doct. d. l. properandum. §. sin autem alterutra. & §. illo procul. C. de iudi. per Philip. Franc. c. sępe contingit. ad fi. qui ponit decē & octo notabiles quæstiones, & ibi aliqua per Alex. extra de appella.

47 Scias etiam, quòd si iudex in prima instantia cōdemnationem expensarum omiserit, & iudex appellationum simpliciter in illis condemnauerit, quòd censetur condemnasse in expensis tam primi quàm secundi iudicii. Fely. c. significauerunt. nu. 7. ver. demum. extra de exceptio.

48 Vnum tamen non omittam, quod succumbens ex iuramento suppletorio, aduersario delato, expensas non reficiet. Bald. l. generaliter. col. 4 C. de epis. & cle. Alex. consi. 122. in fi. vol. 2. & d. l. properandū.

§.sin autem alterutra nu. 17. vers. subdit: licet secus sit in eo qui ex iuramento decisorio succumbit, vt dixi supra allegando Ias. hoc tenentem in d.l. prope randum §.sin autem alterutra.nu. 10. vers. tu autem aduerte. C. de iudi. quòd intellige de iure: sed ex statuto nostro, si iudex non absoluisset, tunc is qui ex iuramento suppletorio succubuit, ab expensis non excusaretur ex suprascripto statuto, retenta communi conclusione pro vera, quòd iusta causa litigandi in statuto ab expensis non excuset: Et per hęc ad laudē
49 Omnipotentis Dei Trini & vni Gloriosæ semper Virginis Mariæ sit hic tractatus expeditus, in quo me correctioni omnium melius sentientium libentissime subiicio: quinimmo rogo & obtestor melius sentientes, vt ad communem vtilitatem corrigant, deleant, addant, & suppleant.

F I N I S.



MA-

MATERIÆ QVÆ IN VOLVMINE STATVTORVM CONTINENTVR.

ORDINE ALPHABETICO IN VNOQVOque trium Librorum separatim cum ad ipsorum Statutorum, tum ad huius Praxis commodiorem vsum digestæ.

PRIMI LIBRI.

Conſultoris

Forma

Notarij

Q

R

Sententia

Summa-

V

SECVN-

SECVNDI LIBRI.

H

I

L

TERTII LIBRI.

A

&

Exe-

Paten-

Procu-

INDEX GRATIARVM, IMMVNITAtum, & facultatum per Summos Rom. Pont. Almæ Vrbi Romæ Populo Rom. Concessarum.

M

O

LAVS DEO FINIS.

I

LEGATORIA A. PANDIMIGLIO
ROMA
1971